ſuas leuandi: vel quācunq; aliā ſerui-
tutem in re ipſius etiā inuito eo. hec
autem actio in rem dicitur vel realis:
quia rem tuā corporalem: ſcilicet ius
eundi per fundū petis. q̄uis ipſa ſer-
uitus ſit incorporalis: vt. ff. ſi ſer. ven.
l. ij. in prin. Et dicitur cōfeſſoria: quia
verbis affirmatiuis cōſtituitur. ⁊ eius
contraria verbis negatiuis proponit
que dicit actio negatoria ſcdm̄ Plac.
ff. ſi ſer. vend. l. ſi q̄s. §. cum in domo. ⁊
ibi not. Unde actio negatoria cōpetit
ei qui dicit aliquem nō habere ius vel
ſeruitutē ad aliquid quod facere vole
bat alter: ⁊ ipſum per hanc actionem
prohibet: vt q̄ñ dominus fundi inten
dat aduerſus te ſolitū ire per fundum
ſuum: dicens. Non eſt tibi ius ire per
fundum meū. ⁊ hec actio ſimiliter in
rem dicitur: quia dominus fundi ven
dicat libertatem dum ipſam intendit
verbis negatiuis: dicens q̄d alter non
habet ius eundi vel agēdi per fundū
ſuum: nec altius edificādi edes ne lu
minibus ſuis noceat: ⁊ ſic p̱ hanc do-
minus fundi ad hoc agit vt fundus
ſuus declaretur liber: ⁊ alter deſiſtat ⁊
p̄hibeatur ne eū decetero inquietet.
ff. ſi ſerui. vendi. l. ij. ⁊. l. loci corpus. §.
cōpetit. et inſtitu. de actio. §. econtra.
Et actio nō competit de dominio: ſed
de iure prediorum: ſicut ⁊ confeſſoria
vt in prealleg. l. ij. in princi. Et licet ſe-
cundum Placē. dicatur ideo negato-
ria: quia verbis negatiuis intentatur:
tamen contrariū no. in. l. ij. §. econtra.
ſ. alleg. Nam quelibet earum: ſcilicet
actio cōfeſſoria ⁊ negatoria p̱oteſt da
ri per verba affirmatiua: ⁊ etiā per ne-
gatiua. Non ergo ſumunt differentiā
per formam verbo᷃: ſed differunt ra-
tione materie. Unde breuiter cōcludē
do ſiue per affirmationē ſiue per nega
tionē dentur: tamen in hoc differunt:
quia cōfeſſoria datur ad tuēdum ſibi
ſeruitutē debitam: ⁊ negatoria datur
ad tuendam ſibi libertatem ſuam. Et
notant doct. exēpla in quibus confeſ-
ſoria intētatur verbis negatiuis: ⁊ ne-
gatoria verbis affirmatiuis in cap̄. cū
ecclesia ſutrina. de cauſa poſſeſ. ⁊ pro-
prieta. vbi bona gl. de his extra de iu-
di. in cap̄. examinata. ⁊ in. d. l. ij. ff. ſi ſer
ui. vendi.

¶ Actio communi diuidundo inter eos
dat qui ſine ſocietate nec ex cauſa he
reditaria aliquid cōmune habent: vt
id diuidatur: ſecundum Plac. ⁊ Azo
nem. habet ergo locū hec actio inter
eos ad quos res aliqua cōmunis per-
tinet: nō per ſocietatē: nec per heredi
tatē: ad hoc quod res illa diuidatur.
Item ſi ex cōtractu ſocietatis res illa
ſit cōmunis: habet locū hec actio. ff.
cōmo. l. ſ. Et de iſta actione. ff. de iudi.
l. in tribus.

¶ Actio conducti cōpetit ei qui condu-
xit a locante vel a locatore fundū vel
prediū vel domū: ⁊ cōpetit ei ad hoc
q̄d liceat ſibi inhabitare: vel in vſu ha
bere rem conductā: etiam cōpetit con
tra locatorē ſi aliquas expenſas vtiles
vel neceſſarias ibi fecerit.

¶ Actio directa eſt quando aliquid dire
cte petitur in ius: vt ex cōmodato vel
depoſito: ⁊ huiuſmodi.

¶ Actio vtilis eſt que datur non ex iure
aliquo directo: ſed vtiliter ⁊ ex equita
te competit: vt in publiciana ⁊ huiuſ-
modi: ſcdm̄ Placenti. ⁊ Azonem. De
iſta actione vtili habetur ⁊ notatur. ff.
de negotijs geſt. l. actio. ⁊. ff. ſi quadru
pes pauperiē feciſ. dica. l. penultima.
Et nota q̄d actio directa: ⁊ vtilis eiuſ-
dem ſunt effectus: vt in. l. actio. preall.
et. l. differunt. licet ſecundū quoſdam
differant: vt no. in. l. ex legato. C. de le-
gat. ⁊ plene per Cynū in. l. ſ. C. de actio.
et obli. vnde directa datur ſecundum
verba ⁊ mentem: ⁊ interdictū vnde vi
directum datur tantum contra ſpo-
liantem vel mandantē ſeu ratam ha-
bentem ſpoliationem ſuo nomine fa-
ctam: quia verba et intentio pretoris
hoc volunt in hoc interdicto: ſed idē
interdictum vtile datur ex mente tan
tum de equitate quadam non virtute
verborum. Datur etiam contra eum
qui alias ex iuſta cauſa rem poſſidet:
non tamen p̄dictis tribus modis: ſed
forte poſſeſſionē vacuam intrauit vel



Ayuntamiento de Madrid

rem in domo ſua inuenit credens eſſe ſuam. de quo in. c. cum ad ſedem. de reſtitu. ſpol. Et dicit Angel. qd̄ habens ius vtile ⁊ intentans directū male libellat: ⁊ quando in principio detecta fuit ineptitudo ſuccumbere debet.

¶ Actio depoſiti eſt duplex: ſcilicet directa ⁊ cōtraria. Actio depoſiti directa competit depoſitori ad repetendum depoſitum ⁊ acceptiones eius: ⁊ competit in ſimplum niſi forte res ſint incēdio: ruina naufragio depoſite. hoc enim caſu qui depoſituʒ ſic receperit: ſi negauerit ⁊ inficietur: ⁊ de hoc conuincatur in duplo condemnabitur: hec probātur. ff. depoſiti. l. j. §. ait pretor. Sed actio depoſiti contraria competit ei penes quē res depoſita eſt ad petendū impenſas ſi quas circa rem impenderit: et illas repetit vel damnum datum per ſeruum depoſitū ſecundum Placenti. De illa contraria actione habetur. ff. depoſi. l. ſi apud. in prin. ⁊ l. actione.

¶ Actio de dolo competit mihi quando damnuʒ dolo malo a quouis eſt mihi datum: vel ſi quis aduerſus me verſetur doloſe cōſulēdo: vel malitioſe negotia mea adminiſtrando: nec ſupereſt aliqua alia actio qua poſſum experiri. ff. de dolo. l. j. §. verba. ſed non datur niſi duos aureos excedat. hec autem non datur liberis contra parentes. Ratio quia odioſa eſt: ⁊ in ea condemnatus: infamis efficitur. Nec datur libertis cōtra patronos. Nec humili aduerſus eū qui dignitate excellit: nec plebeio aduerſus conſularem recepte autoritatis: nec luxurioſo vel prodigo aduerſus hominē vite emendatioris. Datur tamē hec actio in factum contra predictos: vt fiat mētio bone fidei: ⁊ verbis ſic temperādis in conditione libelli in qua nulla eſt facienda mentio doli. hec probantur. ff. de dolo. l. ſi oleum. §. fi. cum. l. ſeq.

¶ Actio de dolo ⁊ furto eoꝝ qui in miniſterio cauponū: ſtabulariū vel nauem exercent: datur aduerſus ſtabularios et nautas: qui quando officio maloꝝ hominū vtuntur in duplo: ſeu in duplum tenentur: quo dolo vel furtum cōmiſſum eſt in his rebus quas ſaluas forte recepere. ff. nau. caup. ſtabu. l. j. ⁊ j. actio in factum.

¶ Actio de conſtituta pecunia competit aduerſus eū qui ſine ſtipulatione conſtituit pro ſe vel pro alio ſoluere. C. de conſtit. pecu. l. ij. Nam cōſtituere large dici poſſet quilibet qui pro alio ſe obligat: ſed. C. de conſtit. pecu. conſtituere ponitur pro eo tantū qui quod alius debet: ſe ſoluturum conſtituit: nec diſtinguit ex qua cauſa quis debeat: certa vel icerta vel ciuili vel oneraria: dum tamen efficaciter debitum potuerit peti ⁊ exigi: vel ſaltē ſolutum retineri: vt quia tantum naturale erat debitum.

¶ Actio de in rem verſo datur aduerſus dominum vel patrem: ſi ſeruus vel filius pecuniam in rem patris vel domini impendit quam mutuo accepit. ff. de in rem verſo. l. j. in prin.

¶ Actio de tigno iniuncto datur ei cuius tignum edificio alieno iniunctum eſt ab eo qui eſtimabat ſuum tignum eſſe. Si vero ſciens alienum is doloſe fecerit id: tenetur de tigno immiſſo ⁊ furti et actione ad exhibendum: nō ꝙ tignuʒ cogatur eximere: ſed quod intereſt preſtare. Et hec probantur. ff. de ti. iniunct. l. j. ⁊. ff. de rei vendicatione. l. in rem. §. j. cum ibi notatis.

¶ Actio de rebus eccleſiaſticis venditis cuſtodibus earū datur aduerſus eos qui ſacras res emerunt circa formaʒ: nulla eis actione relicta contra ſacroſanctas eccleſias de pretio quod dederunt repetendo. hec actio datur in factum cum res in aliā rem eſt mutata: vt cum ex phiala factus eſt ſcyphus. Si vero in forma ſua ſit: rei vendicatio locum habet ſi alienetur: quod ex lege datur.

¶ Actio de pauperie competit aduerſus eum cuius aīal damnū dedit cōtra naturam ſui gñis: verbi grā: vt ſi equus nō ex loci anguſtia vel nō inſtigatus calce percutiat: vel bos cornupetat ex naturali feritate. Secus tñ ſi inſtigatus vel ex loci anguſtia damnū dede-

Ayuntamiento de Madrid

rit in huiusmodi actionis cōdemnatione venit dāni resartio: aut in solutione venit ex. l. ij. tabu. noxe deditio. Dñs enim noxali iudicio sui nomine conuentus seruū actorem noxe dedēdo liberatur. institu. de noxa. actio. §. ꝛ si animalia noxe dedātur: proficiūt re ad liberationē. institu. si qua. pau. fe. di. Et vtrū malit aut soluēdo dānū sufferat: aut alias ꝑ noxa det animal. hoc per eum stat. Et probanť hec. ff. si quadr. pau. fec. dic. l. prima. in princi. ꝛ institu. eodem ti. §. primo. Et noxia significat delictum: sed delinquēs vocatur noxa. instit. de noxa. in glos. sup verbo noxia. Unde versus. Noxia delictum delinquens noxa vocať. Et tamen sepe vnum pro reliquo diciť seu accipitur: vt ibidem dicitur.

¶ Actio de apposito vel suspēso qualiter est vulgo: cuius casus nocere poterit dať aduersus eū q in subgrūda: vel ꝑ tecto hꝫ id appositum vel suspensum qđ nocere potuit cuius condemnatio est decem solidorū. ff. de his qui deiec. vel effu. l. si vero. §. ait pretor.

¶ Actio de effusis ꝛ eiectis datur aduersus eū ex cuiꝰ habitatione vel habitaculo aliquid effusum vel eiectū est cōtra iter publicum. Unde damnuꝫ dať alicui transeunti: ꝛ restaurandū est in duplū: ꝛ si liber homo inde perijsset diciť in quinquaginta aureos hec dať actio. Si vero viuet: nocitūq; ei esse dicetur: datur ob eam rem quantū videtur iudici ex bono ꝛ equo: compensatis impensis factis ꝛ operibus quibꝰ est cariturus inutiliter. ff. de his qui deie. vel effu. l. j. in j prin.

¶ Actio edilicia cōpetit multis modis. Et primo si res vendita sit redhibita propter vitium siue morbū: nec tamē a venditore restituitur pretiū emptori cum actionibꝰ ꝛ alijs que ediles inhibent: ꝛ in hoc casu est perpetua. de hac habeť. ff. de edil. edici. l. ediles. in principio. §. j. ꝛ fi. ꝛ. l. illud. ij. rñ. ꝛ. l. redhibitoria. eodem ti. Secundo cōpetit quando fit vt si res vēdita nō placet: quod reddatur: ꝛ tunc est temporalis vsq; ad. lx. dies. vt. ff. eo. tit. l. q; si nolit. §. si qd ita venerit. Tertio cōpetit si vēditor nō vult tradere seruū vel mancipium vel iumentū cum ornamēto cuꝫ quo ostēderat tempore vēditionis ꝑ ipso ornamento: vel vt fiat redhibitio rei ꝑncipalis ꝑpter accessoria: ꝛ tunc cōpetit etiā vsq; ad. xl. dies. ff. eo. tit. l. ediles. in princi. ꝛ. §. vendendi. Quarto vero cōpetit qñ eo loco qua iter est vulgo: habet quis canem: lupum: vrsum: aprū: verrem: pātheram: leoneꝫ: ꝛc. vel animal aliud qđ nocere posset siue sit legatum: siue solutum. ff. eo. tit. l. hi enim. ꝛ. l. sequen. Et si homo liber ab illis damnū patiatur seu repererit soli di ducēti prestabunť: vt. l. qua vulgo. ff. eo. titu. sed plenius vide de his Guil. in Spe. in tracta. libel. de emp. ꝛ ven. §. nunc dicendum est.

¶ Actio de superficie in rem competit ei qui superficiē habet in alieno solo nemine cōducto ad repetendum superficiem si posse derat. ff. de superfi. l. j. §. q superficiem. in fine. ꝛ. §. quod autem. ver. ꝛ sane.

¶ Actio empti competit emptori ad rem repetendā quam emerat: in qua venit commoduꝫ quod accessit. Et si qd in speciali pacto cōprehenditur. In hac actione attenditur: ꝑut quisq; sibi paciscitur. ff. de actione empti. l. emptor. in princ. ꝛ insti. de emp. ꝛ vendi. §. sed nr̄a. in fine. huius ꝯtraria est actio vēditi: que competit venditori ad petendū pretiū ꝛ interesse ꝛ vsuras tꝑe more: prout inter partes conuentū seu cōtractuꝫ est. de ista habeť in. l. Julianꝰ. §. ex vendito. eo. tit. ꝛ de empt. ꝛ vend. instit. in. §. prealleg. sed nostra.

¶ Actio ex stipulatu nascitur cum de re certa in genere: sed icerta in specie fit stipulatio. vt institu. de verborum obligationibus. in prin. Nam si res esset simpliciter incerta stipulatio nō valeret. ff. eo. tit. l. ita stipulatus. in princi. Et postulatio est cōcepta: vt cum spōdes dare seruū: vel spōdes te facturuꝫ domū. Et pertinet hec ad actiones in personā que oriuntur ex cōtractu verborum. Et hec colliguť. ff. de action. lege prima. §. primo. et. l. actionum ge



HEMEROTECA MUNICIPAL
Ayuntamiento de Madrid

nera.§.in perſonam.ꝛ inſti. de obliga
ti.§.fi.ꝛ de actio.§.ſ.ꝛ verſi.namq̄ꝫ.cū
ſimilibus.Et nota ꝙ actio deſcēdens
ex ſtipulatione nō hꝫ dilationē anni:
ſicut actio de dote.l.ſ.§.exactor.C.de
rei vxo.act.ꝛ.§.cum aūt.de hoc Bar
to.in.l.ſi diuortium.ff.de verborū ob-
ligatio.

¶Actiones ex cōtractu:ſicut de actioni
bus in perſonā.inſtitu.de actio.§.ſ.q̄
naſcunť ex pacto: ſiue obligatio ſur-
git ex re: vt cōditio certi:de numerata
pecunia:ꝯditio certitudinaria:condi
tio ob cām:actio cōmodati:depoſiti:
pignoratitia:de q̄bus omnibus ſuo lo
co dicemus: ſiue etiā ꝯſurgit obliga-
tio ex v̄bis ſicut in actiōe ex ſtipulatu
q̄ſi res certa in ſtipulationib⁹ deduc-
ta eſt. Siue ēt oriať obligatio ex lite-
ris de quibus ꝯditio odio deſidie dať
in eū qui cū ſpe future numerationis
ſcribit ſe debere quod ei nō eſt nume
ratum. Numeratiōe aūt non ſequuta
intra bieniū nō repetit chirographū.
Et eſt itroducta ꝛ excluſa exceptione
nō numerate pecunie: cū minime co-
gať ſoluere qd̄ ſcripſit ſe habere. Si-
ue etiā oriať obligatio ex ꝯſenſu: velu
ti empti:vēditi:locati:cōducti: ꝓ ſo-
cio.mādati:ꝑſcriptis v̄bis:ꝛ actio cō
ſtitute pecunie:necnon actio in factū
de iureiurādo. Et de his actionibus
in ꝓprijs locis ſecundū ordinē pate-
bit. Et iſte ſunt ſpecies actionū in ꝑſo
nam:que oriuntur ex ꝯtctu:ſiue re:ver
bis:literis:aut ꝯſenſu obligatio oriať
de quibus vide.ff.de actio.ꝛ obliga.
l.ſ.ꝛ.ij.ꝛ inſtit.de oblig.§.ſ.cum.§.ꝛ ti.
ſeq.vſq̄ ad tit.de obliga.que ex quaſi
contractu naſcun.

¶Actiones ex quaſi contractu ſunt de
actionibus in perſonam inſtitutio.de
act.§.ſ.cum ibi nota.que neq̄ ex pa-
cto neq̄ ex maleficio oriuntur:ſed ta-
men maiorem habent conuenientiaꝫ
ꝛ affinitatem cum pactis q̄ꝫ cum ma-
leficijs:ꝛ ſunt iſte.ſ.condictio indebi-
ti:condictio libere actionis.

¶Actio negocioꝝ geſtoꝝ: tutele ꝛ ſub-
ſidiaria:cōmuni diuidūdo:finiū regū
doꝝ:familie erciſcunde: petitio he-
reditatis directa ꝛ vtilis poſſeſſoria.
fideicōmiſſaria: ꝛ actio ex teſtamēto.

¶De his omnibus.ff.de actioni.ꝛ obli-
gatio.l.ex maleficijs.§.ſi quibus ab-
ſentis.ꝛ.§.ſequen.ꝛ inſtitu.de obliga.
que ex quaſi contractu naſcuntur.cū
ibidem nota.

¶Actio de peculio:ꝛ qd̄ iuſſu ꝛ de in rē
verſo:actio tributoria:inſtitoria:exer
citoria:actio funeraria:ad exhibendū
de tigno iniuncto.actio in factum: de
rei vendicatiōe:actio de pauperie:in-
terdictū quorum bonorum:vti poſſi-
detis vtrobi.interdictū ſaluianū. De
quibus omnibus requirem loco ſuo.

¶Actiones vel obligatiōes ex maleficio
ſunt actiones in perſonam.inſtitu.de
actio.§.ſ.cū ibi notatis. Quib⁹ deli-
cta hoium coerceńť:quod publice vti
litatis intereſt.ff.de fideiuſſ.l.ſi aureo.
§.fin.ꝛ.ff.ad.l.aquil.l.ita vulneratus.
cum ſimilib⁹:vt eſt conditio rei furti-
ue:actio arborum furtim ceſaꝝ: actio
furti:actio vi bonoꝝ raptorum.actio
legis aquilie:actio iniuriarū: qd̄ me-
tus cauſa:de dolo: actio ſerui corru-
pti:actio rerum amotarum: conditio
ob turpem cauſam:interdictum vnde
vi:interdictum quod vi aut clam:in-
terdictum de libero hoie exhibendo:
de vxore ducenda: de liberis exiben-
dis:interdictum quorum legatorum:
interdictū prohibitorium:ne quid in
flumine:ripa ve publica: interdictum
de itinere actuq̄ pri.de quibus oibus
require in litera.I.loco ſuo.

¶Actiones vel obligatiōes ex quaſi ma
leficio ſunt actiones in perſonā.inſti.
de actio.§.ſ.que neq̄ ad pacta acce-
dūt neq̄ ad maleficia ſunt tamen ſi-
miliores maleficijs q̄ꝫ pactis: vt actio
in factū aduerſus iudicem qui litem
ſuā fecit:ꝛ actio in factū de eiectis et
effuſis. Et actio in factum de dolo et
furto eoꝝ qui miniſterium cauponū:
aut ſtabulariū: aut nauem exercet.ff.
de actio.ꝛ oblig.l.ex maleficijs.§.ſi iu-
dex.vſq̄ ad finem.ꝛ inſtit.de obliga.
que ex quaſi malefi.naſc.per totum.

¶Actio exercitoria ſm Azo.in ſum.C.e.
ti.datur ꝯhentib⁹ cū magiſtro nauis

Ayuntamiento de Madrid

propter nauigandi neceſſitatē contra exercitorem nauis: qui magiſtrum naui prepoſuit: quē equū fuit teneri vt tenetur qui iſtitorem taberne vel negotio prepoſuit. ff. de exercitoria actio. l. j. in prin. Hec ergo actio non datur cōtra magiſtrum nauis: ſed contra eū q̄ magiſtrū naui prepoſuit: ſcilicet in eā cauſam in quā prepoſitus eſt expreſſe vel tacite: vt in ea. l. j. §. non autē. et §. igitur ꝓpoſitio. Eſt autē magiſter cui totius nauis anchora τ cura mādata eſt. l. j. §. magiſtrū nauis. ff. eo. qui vulgari lombardorum τ prouincialiū comitus dr̄: τ in theutonico τ in almanico ſiyermam dicitur. Nec diſtinguitur an iſte magiſter ſit liber vel ſeruus maior vel minor. Et ſibi imputatur q̄ eū prepoſuit: vt. l. j. preallegata. §. cuius autem conditionis. Sed exercitor dicitur is ad quem obuentiones quotidiane: aut redditus queſtus τ vtilitates nauis perueniunt et pertinent: vt ea. l. j. §. exercitorem. ſiue verus dominus nauis ſit: ſiue a domino nauē cōduxerit ad tempus vel in perpetuū: vt dicitur ibidem.

¶ Actio eſtimatoria vel extimatoria: id eſt actio preſcriptis verbis ſic cognominata eſt actio: q̄ eſtimatio ꝓponitur gratia dubitatiōis tollēde quādo res eſtimata vendenda datur. Dubitādū enī eſt an ex vendito ſit actio: an ex locato: an ex conducto: an mandati vt ſi rem meam tibi do: τ eſtimo tibi eā decē: vt aut rem aut decem reddas: ſi vero plus vendas tuum ſit. vt not. ff. de eſti. act. in rubro. τ. l. j. inſti. de actioni. §. actionum autem.

¶ Actio ex teſtamento nō ſolum ſcripto heredi competit ad petendum hereditatem: ſed etiam contra heredē ſcriptū a legatarijs τ fideicommiſſarijs. C. communia de lega. τ fideicommiſ. l. j. Et ſapit naturā actiōis bone fidei. l. in minorem. C. ex qui. cau. in integ. reſti. nō eſt neceſſaria. Tñ dicit Bar. q̄ reuera eſt ſtricti iuris: cum non numeretur inter actiones bone fidei. in. §. actionū. inſti. de actio. vt no. in. l. huiuſmodi. §. edes. ff. de lega. j.

¶ Actio familie erciſcunde inter eos cōpetit qui communem habēt hereditatem diuidēdam. ff. fami. erciſc. l. j. et ij. Et dicitur actio familie erciſcunde id eſt hereditatis vel ſubſtantie diuidende ſecundū Azo. in ſum. vt not. ff. eo. titu. in rubro. Nomen autem familie quandoq̄ ponitur ꝓ cognatiōe vt cū dicitur. Illi ſunt de familia priami. Et quādoq̄ pro ſeruitute τ poteſtate vt cum dicitur paterfamilias: filiuſfamilias. Hic autē ponitur pro ſubſtantia τ hereditate: vt. ff. de verb. ſigni. l. pronuntiatio. §. j. Sed erciciſco eſt verbū grecum idem quod diuido. inde erciſcunde. i. diuidende: vt not. gloſ. ff. eo. tit. in rubr. Et vtimur hoc verbo ſicut reperimus apud antiquos qui gerundia ſua pronūtiabāt in vndo. vt legūdo: audiundo. diuidūdo: erciſcūdo, ſecundum Azo. in ſumma ſua. Et ita etiam hodie dicere poſſumus familie erciſcende pro familie erciſcunde.

¶ Actio fauiana τ pauliana habite ſunt ſupra circa actionem caluiſianam.

¶ Actio finium regundorū competit finibus ad diſtinguendum vel ad indicandum. ff. eo. tit. l. ij. §. iudici. τ. l. ſe. et inter eos agitur qui agros cōfines habent vel predia. inſti. de actio. §. itē finium regundorum. τ habet locū in ruſticis predijs tantum. ff. eo. titu. l. ij. et non in vrbanis: quia vrbana ꝑdia nō ſunt confinia: ſed vicina quia parietibus diſtingui conſueuere: ſed cōfinia dicimus: q̄ adeo ſunt proxima vt nullus paries in medio interponatur. ff. eod. titu. l. ſed τ loci. §. in iudicio. cum ibi not. Urbana predia dicuntur omnia predia que habent edificia: etiā ſi ſint in villa: quia vrbanum predium non facit locus ſed materia habitandi cauſa facta. Unde ſi in vrbe edificiū cauſa non habitandi: ſed gratia reponendorum fructuum fiat: dicetur prediū ruſticum. Sed τ horti in edificijs cōſtituti niſi pluriū ſint redditus: vinearū forte: vel etiam olitorū: cōtinentur appellatione vrbanorum prediorum. ff. de verb. ſignifica. l. vrbana. Ruſtica autem predia vocantur agri nō habē



Ayuntamiento de Madrid

tes edificia. Et ſi inter te ⁊ me contra
quē ago finiū regundoꝝ: via publica
vel publicū iter venit: nō habet locum
hec actio: quia confinium non intelli
gitur: ſec9 ſi riuus priuat9 interuene-
rit: qꝛ finium regundorum agi poteſt
cōtra dominum riui. ff. eodem titu. j. l.
ſed ⁊ loci. §. ſi cum. l. ſeq. et ibi not. Eſt
autē hec actio duplex: qꝛ in ea vterq;
eſt actor: ⁊ vterq; eſt reus. extra de pro
batio. ex literis. ff. eodem titulo. l. iudi
cium cōmuni diuidundo: familie er-
ciſcunde. ⁊. l. inter coheredes. §. ſi fa-
milie. ff. fami. erciſc. Item eſt mixta: qꝛ
eſt in rē ⁊ in perſonam. inſtitu. de act.
§. quedam actiones. ⁊. §. item finiū re
gundorū. Item perpetua eſt. vt. C. eo.
l. vlti. et. ff. eo. l. iudicium communi di
uidun. ⁊ inſti. de actio. §. quedam. qd
tn̄ non ſic intelligitur: vt ſi vicin9 me9
ampliores fines ei cui vēdiderat oſtē
derit: nō poſſit ille qui emit longo tē-
pore preſcribere: hoc enim falſum eſt:
vt. ff. pro empto. lege. ij. §. ſed et ſi fun-
dum. ⁊. l. qui fundū. §. ſi fundū. Sed
ſic oportet intelligi ſecundū Azo. vt
eſſet poſt. x. vel. xx. annos locū habeat
hec actio pro finib9 terminādis quā-
uis de meis finibus aliquid preſcri-
pſeris. Nam ⁊ ſi ab initio ſine aliqua
preſcriptione hoc cōſtaret eſſe tuum:
agere poſſem vt commodius termini
imponātur agris. vt ita rixarum peri
matur occaſio ⁊c. Si queras quando
incipiat currere pſcriptio huic actio
ni. Reſpondetur ab eo tēpore quo in-
cipit poſſe hec actio intentari. Et in-
cipit poſſe intentari cum fines cepe-
rūt turbari: ⁊ ex eo naſcitur hec actio
ſm Azo. in ſum. C. eo. tit.

¶ Actio funeraria contra heredem bo-
norum ve poſſeſſorē datur. ff. de reli.
et ſump. fune. l. at ſi quis. §. ſi. et datur
ei qui funerauit vt non heres defun-
ctum: ſed cauſa pietatis: vt dicta. l. at
ſi qs. §. ſed interdum. et. §. ſi quis. cū
ibi nota. Per hanc enim actionem ve
niunt reficiende expenſe ibidem a fu-
neratore facte.

¶ Actio furti manifeſti ſecundum Azo.
locum habet quādo fur rem tenēs vi
ſus vel deprehēſus fuerit: ſiue i publi-
co: ſiue i puato: vel a domino: vel alio
anteq̄ perueniat ad locū quo perfer-
re rem deſtinauit. Si talis deprehēda
tur vel cum re videatur: ⁊ ad eum de-
prehendendū occurriſti ei: ſ; abiecto
furto aufugerit: furti manifeſti tenet.
l. ſi qs. ſ. §. ſed celſus. ff. de fur. niſi ſur
ripientis mutetur ſtatus: vt tu mihi
ſurripuiſti in ſeruitute. manumiſſus
in furto deprehenderis cū re furtiua:
vel ſi tu ptuleris quo deſtinabas: tene
ris furti non manifeſti: cum eni depre
henderis cum re furtiua priuſq; eo lo
co ptuleris quo deſtinaueras illo die
manere cum furto: tunc fur eſt mani-
feſtus. Hec omnia dicūtur. ff. de fur. ⁊
de peni. di. ſ. c. vulgaris. Utrū qui par
tē acerui frumēti furat: totius acerui
furtum faciat: ⁊ datur actio furti ma-
nifeſti in quadruplum. inſtitu. de obl.
que ex delic. §. pena manifeſti.

¶ Actio furti non manifeſti ꝯpetit qn̄ q̄
predictis modis furtum non manife-
ſtum probatur. ff. eodē titu. l. manife-
ſtum. ⁊ inſti. de oblig. que ex deli. na. §.
nec manifeſtū. Et etiam ſi vidiſti fur
tum fieri: te tamē abſcondiſti cum fur
tum faceret ne te occideret: nō eſt ma-
nifeſtum. ff. eodem titulo. l. ſi quis in
ſeruitute. §. ceterū. et datur hec actio
in duplum. inſtit. de obli. que ex delic.
naſ. §. pena manifeſti.

¶ Actiones hereditarie dicūtur q̄ tranſ-
eunt ad heredes vel cōtra heredes ſe
cundū Azo. Itē que ab heredib9 inci
piūt vel cōtra heredes. ff. de act. ⁊ obl.
hereditariaꝝ. Ut autem plene ſciatur
que trāſeūt ad heredes vel nō: diſtin-
gue: aut naſcit actio ex maleficio vel
quaſi: aut ex contractu vel quaſi: put
proſequitur Azo in ſum. eodem tit. et
ſecundum Pla. in ſum. ſua eodem ti.
He actiones cōueniūt his qui ſucce-
dunt in ius: ⁊ nō his qui ſuccedūt in
rem: vt donatarij vel legatarij.

¶ Actio in factum aduerſus iudicē qui
litem fecit ſuam: dat aduerſus iudicē
qui per imperitiā male iudicauit: ⁊ iō
videt quaſi ex maleficio teneri: ⁊ inq̄-
tum de ea re equū religioni iudicātis

Ayuntamiento de Madrid

videbitur penā ſuſtinebit. vt inſti. de obliga. que ex quaſi delic. naſc. in pn. ꝛ. ff. de va. ꝛ extraor. cog. l. fi. Si vero do lo malo iudicauit vere eſt ex maleficio obligatus actiōe in factū vel actione de dolo ad oē interesse ei quē leſit et infamis eſt. Item tenetur crimine falſi: qđ penam deportatiōis vel vltimi ſupplicij ꝯtinet. vt. ff. ad legē corne. de fal. l. j. §. ꝛ qui iudicem. ꝛ. §. vlti. ꝛ. ff. de ind. l. ſi filius. Itē ꝛ tenetur crimine cōcuſſionis vt. C. de concuſſioni. l. vlti. Item ciuiliter poteſt conueniri ex edicto de calumniatorib⁹ in quadruplū ab eo quē debebat damnare ꝑ pecuniā. vt. ff. de calum. l. j. ꝛ. iij. §. illud. fm Azo. ꝓbanł hec. C. de iudice qui male iudica. l. ij. ꝛ ibi no. in glo. fi. iuncta aut. nouo iure ibidem poſita. ꝛ. l. ſi filiusfamilias. ff. de indi. Iudex aūt eccleſiaſticus male inductus per gratiā vel per ſordes: ab executione officij ꝑ annum eſt ſuſpenſus: ad eſtimationē partis quam leſit nihilominus cōdēnamus. Et ſi durante ſuſpenſione ſe diuinis ingeſſerit: irregularis eſt: nec cū eo niſi per ſedem apoſtolicam poterit diſpenſari. vt in. c. cū eterni. de re iudi. libro. vj.

¶ Actio in factum: de eo quod certo loco dicił: vbi aliquid eſt promiſſum dari certo loco: ſi tamen iudiciū in illo loco conſtitui nō poſſit: introducta eſt quedā actio arbitraria: vt poſſit etiā in alio loco agi. Pretor enim iniquū eſſe arbitratur nō poſſe cōueniri debitorē in alio loco ꝙ̄ in loco deſtinato ſolutioni: ꝛ hec actio arbitraria ex ſui natura eſt ſtricti iuris: in qua habita cōſideratione aliarū actionū ſtricti iuris ꝗcꝗd eſſet omiſſum: deberet haberi omiſſum: tñ in illa venit etiam quicquid equū ꝛ iuſtum viſum fuerit religioni iudicantis: et propter hoc appellatur hec actio arbitraria irregularis: quia contra naturam aliaruꝫ actionū ſtricti iuris eſt. et hoc eſt qđ dicit glo. in rubrica. ff. de eo qđ certo loco. quid ſit actio irregularis.

¶ Actio in factum ex edicto pretoris de alienatiōe iudicij mutādi cauſa facta datur ei in cui⁹ fraudē ꝛ illuſionē facta eſt alienatio: ꝛ ſuis heredibus aduerſus eum qui rem alienauit quē ad intereſſe cōuenit quāti intereſt actoris corā ordinario vł delegato: de qua Hoſ. in ſumma de aliena. iudi. mutā. cau. fac. capi. j. extra eodem titulo. in gloſſa. Ceſſat autē hec actio ſecūdum Hoſtien. in ſum. extra eodem. qñ is ꝗ alienauit: eandē rē recuperauit ſecus in furto. ff. eodem. ex hoc. §. ſi quis. et depoſi. l. j. §. ſi rem. ꝛ de edili. edicto. l. quis ſit fugitiuus. Idē ſi res nō erat petitoris: vel ſi mortua eſt ſine culpa niſi ſi ꝗd actoris interſit rōne queſtus vel acceſſionū vel expenſarum. ff. co. non ſolum. §. pena. ꝛ de noxa. actio. electio. §. ſi is. Itē ſi re⁹ parat⁹ ſit ſubire vtile iudicium: quod eſt intelligendum quando eandē cauſam promittit ſe preſtaturū: puta promittit ſe reſtituere ſub maxima pena: alˀs ſi diceret rem nō reſtituā quia nec habeo ſed quanti intererit tua: vel quāti in litē iuraueris ſecus eſſet: nam ꝛ ſi hoc nō offert: teneł ad idē cū dolo deſierit poſſidere: vt. ff. de rei vendi. ſinautem. §. j. ꝛ cū autem. ꝛ. l. ſi poſſeſſor. et l. is qui dolo.

¶ Actio in factum de dolo et furto eorū quorū miniſterio quis cauponē aut nauē vel ſtabulū exercet: datur aduerſus eos ꝗ preſunt caupone aut naui: vel ſtabulo: qui quoniam officio malorū hominum vtuntur: in duplo tenētur quod dolo aut furto eorum cōmiſſum eſt in his rebus quas ſaluas fore receperūt. ff. nau. cau. ſtabu. l. j. in princip. ꝛ. §. idem pomponi⁹. ꝛ. l. ꝛ ita §. idem. ꝛ. §. ait enim pretor. iūcta. l. fi. §. hac autem actione. ꝛ. ff. fur. aduer. nau. cau. ſta. l. j. inſti. de oblig. ꝗ ex deli. naſc. §. item exercitor.

¶ Actio in perſonam dicitur condictio quando contendis aliquem dare aut facere tibi oportere. Quādo vero agis vt reſtituatur tibi res tua ſpeciale nomen accipit ꝛ in depoſito dicitur ſimpliciter actio perſonalis et nō condictio. Hoc autē nomē condictio inde deſcēdebat: qꝛ olim iudicia erāt ordi-



Ayuntamiento de Madrid

naria: ⁊ certa verba: ⁊ que oportuit cō dici.i.ſimuldici vt ſi q̄s caderet a ſylla ba: caderet a tota cauſa. Sed poſtea il le ſolēnitates i diſſuetudinē abierūt: attamē nomen remāſit: vt adhuc perſonales actiones que ſolennibus ver bis interpretabant: cōdictiones vocē tur: ⁊ hec colligunt inſtitu. de actio. §. appellamus. cum ibi nota. ⁊. ff. eo. tit. l. actionū genera. Et harū actionū ge nera quedā naſcunt ex cōtractu: quedam ex quaſi cōtractu: quedā ex maleficio ex quaſi male. inſti. de obli. §. ſe quēs. ⁊ de actio. §. omnium. Require ſcilicet de oib9 his. s. i verbo actiões ex contractu.

¶ Actio in rem: dicitur vendicatio rei. s. quando dicis rem de qua agitur tuā eſſe: ⁊ aduerſarius dicit vel oſtendit ipſam rem eſſe ſuā. ff. de act. ⁊ obliga. l. actionū genera. ⁊ inſti. eo. tit. §. appel lamus. preal. Et harum actionū alia eſt directa in rēactio. vt rei vēdicatio actio confeſſoria ⁊ negatoria. Alia eſt actio in rē vtilis: que ſunt actiōes de dñio nō directe: ſed vtiles q̄ ex eq̄tate dant q̄ſiq3 non dñis: vt ſunt publicia ne q̄ ex aduerſis cauſis cōpetunt. Et actio per quā queritur an actor iurauit: ⁊ actio in rē de ſuperficie: ⁊ actio fa uiana ⁊ pauliana ⁊ caluiſiana: ⁊ actio in rē que ꝯpetit inter dñm tabule ⁊ pi ctorem. Sunt ⁊ alie in rem actiōes in quib9 nō de dñio: ſed de pignore agi tur: ſicut ſeruiana ⁊ quaſi ſeruiana: de q̄b9 videte loco ſuo. Et nota ꝙ actio pſonalis non ſequit fundū. ff. de con trahen. empt. ⁊ vendi. l. titi9. §. lucius titius. ff. ad trebel. l. j. §. ſi heres. ff. de iudi. l. fideicō. §. tractatū. ⁊. ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. iiij. §. opus. in glo. p Dy. in. l. fi. ff. de no. ope. nun. Itē actio pſonalis eſt ita affixa oſſibus credito ris qd in aliū transferri nō pōt niſi fi ctione iuris. ff. de pecu. l. quis ergo.

¶ Actio iniuriarū cōpetit ei qui iniuriā paſſus eſt: vt not. inſti. de iniuri. in rubrica cōtra eum qui intulit iniuriā: vel inferri procurauit. inſtit. eo. titu. §. non ſolum. ⁊ pulſauit vel verberauit vel famoſum carmē ad alteri9 contumeliā ſcripſit: vel quoquomodo iniuria aliquē affecit. inſtitu. eodē titu. §. iniuria. In qua iudex condēnabit quāti actor iurauerit ſe nolle illā iniuriā ſuſtinuiſſe: premiſſa tamē iudicis taxatiōe. inſti. eo. ti. §. pena. ff. eo. titu. l. cōſtitutionib9. Quidā enim dicunt quod iurare debet poti9 velle de ſuo perdidiſſe tantū vel tm̄ q̄ȝ talē iniuriā ſuſtinuiſſe. Et hoc vr̄ approbare Ho ſtie. in ſum. titu. de iniur. ⁊ dam. dato. ⁊ Spec. eo. tit. Alij dicunt qd ſufficiat eum iurare ſic ꝙ nollet lucrari tātum vel tantum pro eo ꝙ talē iniuriam ſu ſtineret vel ſuſtinuiſſet. Primū tamē videtur verius. Et actio iniuriarū ex pacto nō naſcitur ſed ex contumelia l. ſed ſi vnius. §. ſed ⁊ ſi pater. ff. eo. tit. vbi tex. inquit. Illa enim iniuriarum actio nō ex pacto naſcitur: ſed ex cōtu melia. ⁊ ex bono ⁊ equo eſt: ⁊ diſſimula tione abolet. Nam ſi quis iniuriā reliquerit hoc eſt ſi ſtatim paſſus ad ani mū nō reuocauerit: poſtea ex peniten tia remiſſam iniuriā nō poterit recole re. l. non ſolū. §. j. ff. de iniur. et neq3 in heredem: neq3 in heredibus datur. l. iniuriarū actio. ff. eo. titu.

¶ Actio inſtitoria ſm̄ Azo. datur contra illū qui p̄poſuit aliquē ſtatiōi vel negotiationi gerēde, cōtrahentib9 cum prepoſito in eā cām in quā prepoſit9 eſt exp̄ſſim vel tacite. ff. de inſti. act. l. j. ⁊. ij. ⁊. l. cuicunq3. §. nō tamen. cum ibi no. ⁊ dicit inſtitoria ab inſtitore p̄poſito: q̄ȝuis exercitoria nominet a p̄po nēte. inſti. quod cū eo. §. exercitoria. ⁊ §. ſeq. Nā inſtitor dictus eſt ex eo ꝙ negotio gerēdo inſtet: nec refert an ta bernis ſit p̄poſit9: vel cuiq3 alteri negotiatiōi. vt. d. l. cuicū q3. ⁊. l. inſtitor. dicitur ille qui tabernis vinis vendē dis vel alicui alteri negotiationi prepoſitus eſt.

¶ Actio legis aquilie duo continet capi ta vel tria: licet vnū nō ſit in vſu. vt. ff. eo. titu. l. ſi ſeruus ſeruum. §. huius le gis. ⁊ inſti. eodem titulo. Primum ca put eſt de ſeruis occiſis vel quadrupe dibus q̄ numero pecudū cōtinentur. vt in. l. lege aq̄lia. ff. eod. titulo. vbi di

Ayuntamiento de Madrid

citur de animaliſbꝰ q̃ gregatim haben
tur ⁊ paſcunt͛: ſicut oues: capre: ⁊ eq̄:
muli: ⁊ boues: ⁊ aſini: et ſecundū La
beonē: ſues: ſed non canes. Et longe
minꝰ beſtie: vrſi: fere: ⁊ leones ⁊c. ſꝫ ele
phantes ⁊ cameli quaſi mixti ſunt. Et
ideo primo capite eos contineri opor
tet: quo caſu tāti fit ꝯdemnatio quā
ti plurimi ipſa res valuit anno preteri
to: vt i dicta. l. lege aquilia. ff. eodē ti.
⁊ inſti. eodeꝫ tit. in princip. Secundū
caput quod non eſt i vſu hic nō poni
tur: quia. ff. eo. l. ſi ſeruus. in. §. palle
ga. ibi dicitur: huius legis ſm quidē
caput in diſſuetudinē abijt. Sed ter
tiū caput huiꝰ legis eſt de eis vulne
ratꝭ feris beſtijs occiſis: ceteriſq; rebꝰ
ruptis vt veſte: vaſe: et ſimilibꝰ. Quo
caſu quis condemnat͛ qui damnū de
dit: quanti res fuit triginta diebus re
tro: rei pretium et valorem eſtimādo:
vt dicta. l. ſi ſeruus ſeruum. §. iij. antē
capite. et inſti. eodē. §. capite tertio. cū
§. ſequē. Et in hac actione ſi quis dā
nū ſe dediſſe inficiatur: ideſt negat cō
demnatur in duplū. ff. eodē. l. ij. §. j. di
cit͛ auteꝫ lex aquilia ab aquilio plebis
tribuno ſm Iſido. lib. v. qui ipſam in
mōte Auētino tempore diſcordie po
puli et plebis cōſtituit. ff. eodem. l. j. ⁊
poſtmodum cōcordia facta vice legis
eſt habita.

¶ Actio mandati directa competit man
datori ⁊ eius heredi. ff. eodē titu. l. ſi
vero. §. fi. ⁊. l. ſi mandato titij. j. reſpō
ſo. ⁊. §. j. ⁊ ecōtra mandatariū vel pro
curatorem poſt mādatū ſuſceptū. ff.
eo. l. ſi vero non remunerādi. §. j. Et
in quātum intereſt id factū eſſe quod
mādaui: puta mādaui vt fundū eme
res: ſi mea itererat emi: teneberis poſt
mandatū ſuſceptum: tamē ſi eundem
fundū ego ipſe emo vel aliꝰ mihi: ne
q; intereſt aliđ: ceſſabit hec actio ſecū
dū Azo. ff. eodem titu. l. ſi procurato
rem. §. mandati actio.

¶ Actio mādati cōtraria competit mā
datario. ff. eodē titu. l. ſi vero non re
munerandi. §. cōtrario. vel ꝓcurato
ri ad expenſas aduerſus mandatorē
quatenꝰ fines nō eſt egreſſus. Si ve
ro aliquid erogauerit vtiliter in eo nō
habet mandati iudiciū: ſed tantū ne
gotiorū geſtorū ſm Mar. licet Ioan.
⁊ Accur. cōtra prout legi. ⁊ not. inſtit.
eodem titulo. §. is qui. ⁊. ff. eodē. l. ſi ꝓ
te. cū. l. ſequen. in princip. ⁊. C. de neg.
geſt. l. fina. in glo. vltima. Si vero mā
dauerim tibi vt mihi fundū emeres:
etiam ſi nondum pretiū ſolueris ages
mecum mandati: vt ſuſcipiam obliga
tionem qua teneris venditori. Nam
et ego agere poſſum vt cedas mihi
actionem empti. ff. eod. tit. ſi mādato
meo. ꝑmo reſpōſo. Competit ergo bre
uiter actio mandati directa contra il
lum qui mandatum ſuſcepit ad implē
dum cuꝫ primo cogi non poſſet quod
ſuſciperet mandatum: in quantuꝫ in
terfuit mandatoris factū fuiſſe quod
mandatur. Et rurſus ipſi mādatario
qui mandatū ſuſcepit competit actio
mandati cōtraria ad impēſas ſi quas
fecit ratiōe mandati ſuſcepti ſi fines
mandati non exceſſit: ſed ſi mandatū
exceſſiſſet in expenſis factis nō repe
tet ipſas per huiuſmodi actionem.

¶ Actio negatoria. Require ſupra actio
confeſſoria.

¶ Actio negotioruꝫ geſtorū duplex eſt:
ſcilicet directa et contraria: vnde ne
gotioruꝫ geſtorū directa eſt quia agit
dominus rei geſte cōtra eū qui nego
tia eius geſſit: vt adminiſtrationis ra
tionē reddat. vt puta ſi ego fui abſens
⁊ negotia mea ceperūt eſſe deſerta: ⁊
male ſe habebant tu hoc vidēs abſq;
mandato a me recepto mei contēpla
tione ex amicitia quaꝫ ad me habes:
gerebas negotia mea: mihi datur hec
actio negotioruꝫ geſtoruꝫ directa: ad
hec vt reddas mihi rationeꝫ admini
ſtrationis vt. ff. de nego. geſtis. l. ij. ⁊ in
ſtitu. de obliga. que ex quaſi ꝯtra na
ſcuntur. §. j. ⁊. §. ſicut.

¶ Actio negotiorum geſtoruꝫ contraria
competit illi qui ſine mandato ſe im
miſcuit alienis negotijs gerendis ad
uerſus dominum negotioruꝫ geſtorū
ad repetendum expēſas negotioꝝ ge
ſtorū factas. Et veniūt omnia que ex
pēdit de ſuo neceſſario vel vtiliter: nō

HEMEROTECA MUNICIPAL MADRID
HEMEROTECA MUNICIPAL MADRID
Ayuntamiento de Madrid

tamē voluptuoſe. & hec colligūtur. ff. eo. tit. l. ij. cum ibi nota.

¶ Actio de peculio vel peculio tenus cōpetit ei qui cū filio familias vel ſeruo peculium habētibus contraxit. ff. qđ cum eo. l. j. cum ſeq. Que poſt mortē filij vel ſerui eſt annalis: & nō poſt emācipationez: manumiſſionē vel alienationē. ff. quando actio de pe. eſt annalis. l. ij. §. q̄diu. vbi dicit. Quādiu filius vel ſeruus in poteſtate eſt: de peculio actio perpetua eſt: poſt mortē autē eius vel poſt q̄ emancipatus: manumiſſus alienatusve fuerit: tēporalis eſſe incipit. i. annalis: & competit hec actio aduerſus dominum vel patrem: vt not. ff. de pecu. l. j. §. verba.

¶ Actio noxalis ſm Azo. dicitur actio q̄ naſcitur vel oritur ex delictis ſeruoꝝ. ff. eodē titulo. l. j. & inſti. eodē titulo. in princi. Et dicit noxalis a noxia: qđ ſignificat ipſum delictū: vel a noxa qđ dicit ipſe delinquēs. Uerſus. Noxia delictum delinquens noxa vocatur.

¶ Actio pignoratitia directa competit debitori ꝯtra creditorē. inſti. qui. mo. re cōtra. obligatio. §. fi. vel contra eius tutorē vel curatorē ſi pignora accepe rūt. ff. eodez titulo. l. ſolutum. §. finali. et habet locū ſoluto debito: & aliter ſatiſfacto quēadmodū voluit creditor licet nō ſit ſolutum: vt ſi pignora alia data ſunt creditori vt a primis recedat vel fideiuſſores ſiue res alias: vel ꝑtium: vel etiā nuda cōuentio ſine ꝑtio vel pacto. Quoties enim vult creditor recedere a pignore videtur ſatiſfactū: ſi vt ipſe velit vel voluit cautū eſt: licet in hoc deceptus ſit ſui facilitate ſecūdū Azonē: vt. ff. eo. titu. l. ſi rē. §. omnis. et. l. ſi neceſſarias. §. ſi vnus. Per hāc ergo actionē debitor repetit expēſas ſi q̄s fecit i re pignorata obligata: niſi eadem res ſit ampla: & ad modicū etiā fuerit alij pignorata. quaſi in nullo captus ſit qui pignorata ſecūdo loco accepit.

¶ Actio pignoratitia cōtraria datur creditori cōtra debitorē & datur ad multa. Si eñ decipiat a debitore: vel ipſa re: vel eius prepoſito: quia obligauit ei rem alienam vel alij pignorataz: tenebitur ei debitor pignoratitia ꝯtrāria. ff. eodē titulo. l. tutor. §. cōtrariaz. iuncta. l. ſi quis i pignore. §. fi. & ſi debitor malitioſe verſatus ſit obligādo es vel ſtannū pro auro vel argento. ff. eo. tit. l. j. §. ſi quis. et in. §. ꝑalleg. l. ſi q̄s in pignore. ij. reſpōſo. vt ſi obligauit ſeruū per quem damnuz datū eit: puta furtū vel aliud huiuſmodi: & hoc ſi ſciuit tenetur in ſolidu3: id eſt in totuz: ſecus ſi ignorauit: quia tūc liberabit noxe deditiōe: ſcilicet dādo ſeruū ꝓ noxa. In his cōpetit hec actio ſecūdū Azonem & alios. hec probantur. ff. eodem titulo. l. ſi ſeruus pignori. Itez ſecundum Azonem agit creditor actiōe pignoraticia: ſi ſeruos pignoratos artificijs inſtruxit. ſi ceperāt imbui anteq̄ ſibi pignorarentur: vel debitoris volūtate creditor eos iſtruxit. Sed ſi nihil horū interceſſit ſi quidē artificijs neceſſarijs eos inſtruxit: ſecunduz Azonem erit actio contraria. ff. eodem tit. l. ſi ſeruus.

¶ Actio autez pignoratitia vtilis ſecunduz Placen. dat ei qui impignorauit rē alienā ſine cōſenſu domini: et poſtea dominus pignoris factus eſt. ff. eo. tit. ff. rem alienam. & ff. de pigno. l. j. §. j. et l. ſi titio. cū ſeq. & taz directa q̄ illa datur principali & ſuis heredibus: et cōtra heredes creditoris: vt poteſt ꝓbare. inſtitu. de perpe. & tēpo. actio. §. nō autem. & ff. de actiōi. & obligatio. l. j. §. creditor. & iſtitu. q̄. mo. re contra. obliga. §. finali.

¶ Actio per quam queritur an actor iurauerit: ſecundū quoſdam datur ei q̄ cū peteret rem ſuā: delato ſibi iureiurando ab aduerſario. eaz ſuaz eſſe iurauit. Ab eo enim rem ſuā petit actione in factū qui iurauit ſuam eſſe. ff. de iureiurand. l. naz poſtea. §. j. & §. fina. Si vero rez ſuam ſibi traditaz poſtea admiſit: & ille qui detulit iuramentū: eam nactus ſit: aduerſus eū publiciana cōpetit actio. ff. de publicia. actio. l. eum qui. §. ſi petenti. vbi dicitur. Si mihi petenti rem: iuramentum detuleris iurauero q̄ rem meam eſſe com-

Ayuntamiento de Madrid

petit mihi publiciana aduerſus te: ta-
men quō hoc debeat intelligi: ibi no-
tatur plene. ⁊ ſolet iuſiurādum referri
ei qui detulit. C. de re. cre. l. generali-
ter. §. omne igitur. ⁊. §. ſed iuramēto.

¶ Actiones preiudiciales in rem eſſe di-
cuntur per quas queriẛ an quis liber
ſit: an libertus: ⁊ de partu agnoſcēdo.
vt in. §. preiudiciales. inſtit. de actio.
Sed illa per quam queritur an aliqs
ſit liber: partim ciuilē cauſam obtinet
partim pretoriam. Ciuilem autem ſe-
cūdum formam dominij qua in ea di-
recte agitur: ⁊ pretoriā ſecundum for
mam ⁊ modum petendi: quia tuum a
te ipſo nō ab alio petis poſſeſſore. Ce-
tere vero due formam capiunt ex pre-
toria iuriſditiōe: ⁊ in rē dicuntur eſſe
ad inſtar actionum de ſeruitute: qꝛ in
hac de iure patronatus in re: in illa de
proprietatis iure agiẛ: ⁊ preiudiciales
dicūtur: quia quemadmodū exceptio
nes actiōibus opponūtur: ⁊ ante pri-
mam queſtionem terminātur. Si au-
tem qs querat quare nō exceptiones
ſed actiones dicantur: illa poteſt eſſe
cauſa: qꝛ non eſt exceptio niſi ſit actio
nis excluſio. He vero ꝑiudiciales nul
lam actionem excludunt: ſed nō com
petere dicuntur: ⁊ ideo actiōes dicun
tur et non exceptiones. verbi gratia.
Preiudiciales actiōes pro tanto dici
poſſunt ꝙ in ipſis tractaẛ de magno
preiudicio: vel qꝛ queſtioni mote pre-
iudicant: vt agis contra me ⁊ aliquid
petis: oppono tibi queſtioneȝ ſtatus:
dicendo qđ es filius meus vel ſeruus
in poteſtate mea ꝯſtitutus: aut liber-
tus: ⁊ ſic de conſimilibus. Et preiudi
cabit actioni tue ꝯtra me mote. Sunt
⁊ alie in rem actiones in quibus non
dicitur de dominio: ſed de iure pigno
ris agitur: vt ſeruiana et quaſi ſerui-
na. Require in loco ſuo.

¶ Actio preſcriptis verbis ex contracti-
bus innominatis deſcēdit: vbi ſcilicet
ciuilis cauſa ſubeſt ſufficiēs ad actio-
nem introducendam: et cum negotiū
non cadit in certum ⁊ ſpeciale nomen
ꝯtractus: nec cauſa huiuſmodi actio
nis exprimitur: ſed he actiones expri
muntur ſic: do vt des: facio vt facias:
do vt facias: facio vt des. Ex quibus
naſcitur actio preſcriptis verbis no-
minata: alias ciuilis quando mihi ali
quid adeſt vel abeſt vel abſuturū eſt:
nec tibi adeſt: nec affuturum eſt: aut
mihi non abeſt: nec tibi adeſt: aut ſi
nec tibi adſit: nec mihi abſit: ⁊ ceſſes
implere quod conuenit inter nos ego
autem ſi feci: in ſubſidium intentatur
actio de dolo. Nam vbi vnus ceſ-
ſat implere quod in ſe eſt quod pro-
miſit alteri implere: locum habet hec
actio.

¶ Actiones pretorie que ſunt et quot:
require in Speculato. titu. de actio.
ſeu peti. propo. §. poſtremo. Dicūtur
autem pretorie ſecundum Azonem:
quia a pretore ſunt inducte. vt inſtitu.
de actio. in. ſumma. ſecundum eun-
dem.

¶ Actio pro ſocio que ex vtraqꝫ parte di
recta eſt competit ab vſufructu quem
ſolus alter ſociorum percipit: vel ſi do
lum commiſit in rebus communib9.
Nam locum habet quādo duo ineūt
contractum ſocietatis: ita ꝙ tam lu-
crum quam damnū inter eos commu
ne eſt. Et ſi aliqs ſociorum male et do
loſe verſetur: tunc alteri contra eum
datur hec actio. Eſt autem ſocietas ſe
cundum Azonem duorum vel pluriū
conuentio contracta ob commodio-
rem vſum: ⁊ vberiorem queſtuȝ. Que
definitio ſecundum qđ ipſe dicit non
eſt in legibus: ſed in Marco Tullio re
peritur. Contrahitur autem ſocietas
ſolo cōſenſu: vt. ff. eodem. lege qui ad-
mittitur: ⁊ ad tempus: ⁊ ex tempore: ⁊
in perpetuum: id eſt dum viuūt ſocij:
⁊ ſub cōditione: vt. ff. eodem. lege pri-
ma. ⁊. C. eodem. lege penultima. Na-
ſcitur autem hec actio demum ſocie-
tate finita: que finitur pluribus mo-
dis ꝑut ſequitur ipſe Azo in ſumma.
eodem titulo.

¶ Actio publiciana ex equitate datur: et
qui rē bona fide emit a nō domino: et
rem ſibi traditam bona fide cepit: cre
dens vendentē tempore vēditionis ⁊
traditiōis dominū eſſe. ff. de publ. ſed

Ayuntamiento de Madrid

⁊ ſi res.§.vltimo.⁊ ſufficit emptori habuiſſe bonā fidem: licet vēditor malā fidē habuerit: ⁊ callido ꝯſilio vēdiderit.vt ea.l.§.ꝑtor ait.huic aūt videtur contradicere aut.C.de preſcript.lon. temp.male fidei poſſeſſore alienante ceſſat longi temporis preſcriptio. Solutio habetur in gl. in capitulo abbate de iudi.lib.vſ. Si ergo talis emptor anteꝗ̄ vſucapiat vel ante completam vſucapionem a poſſeſſiōe cadit petat rē a poſſeſſore iure quaſi dominū. Et appellatur actio publiciana a publicio authore qui eā inuenit.inſti.de actio. §.alie. Ad hoc vt auctor obtineat op; iſtum probare iuſtum titulum: et rem ſibi fuiſſe traditam: ⁊ bonā fidem habuiſſe tempore emptionis ⁊ venditionis: ⁊ qḋ preſumitur niſi contrariū ꝓbetur: ⁊ quia credat modo vēditorem vel donatorem tēpore contractus dominum non fuiſſe alr̄s publiciana nō cōpeteret. Permittitur autē tali venditione ac ſi ſuſcepiſſet vēdicare: niſi forte verus domin⁹ poſſideat: vt quidam dicunt. qr exceptio veri dominij publicianā excludit. Si aūt poſt vſucapionē a poſſeſſione cadat: tunc nō competit publiciana: ſed ciuilis actio vel rei vēdicatio: ſm quoſdam vtilis. ſm quoſdā directa.ff.de publi.l.ſ. De hac materia vide not.per Io.and.de ſenten.⁊ re iudi.abbate ſane.libr.vſ.in gloſ.vbi dicitur ꝙ rei vendicatio ⁊ publiciana nō ſunt ꝯtraria: ſed aduerſa: cū ad eundē finem tendunt: ſecus cū tendunt ad fines diuerſos.

¶ Actio publiciana reſciſſoria dat̄ ei cuius res quam a domino emit credens eū dominū vt ſupra: abſens erat cauſa reipublice: vel ſtudij: vel peregrinatiōis: vel legatiōis ciuitatis: vel cauſa appellationis proſequende. vel teſtimonij ferendi: vel quia in captiuitate fuit: vel alia cauſa neceſſaria fuit abſens: ⁊ talis res cum eſſet abſens vſucapta eſt. Licet enim propter neceſſariam abſentiam intra annū poſtꝗ̄ reuerſus eſt reſcindere vſucapionem: vt dicat aduerſarium nō vſucepiſſe qui ſuſcepit per auxiliū ꝑtoris: hoc auxilium ſibi datur. Si autem vere fuit dominus rei: tūc competit ei vendicatio reſciſſoria. Si vero res talis erat pignori obligata: competit etiā hypothecaria reſciſſoria: ⁊ hoc in realib⁹ actiōibus. In actione aūt perſonali cōditio reſciſſoria. De hac materia vide Guiller.in Spe.de in integ.reſti.in tractatu libellorum: ſuper verbo ſed ſcias. ⁊ ſequenti gloſ.prima in verbo dominij vel quaſi: circa mediū.in.c.abbate ſane.de regu.iuris.lib.vſ.

¶ Actio quanti minoris quedam eſt pretoria: quedā ciuilis. Pretoria locū habet cum quis emit animal vel ſeruum morboſum ſeu vitioſum: qui propter morbū vel vitium minus valet ꝗ̄ emptus ſit. ⁊ datur ad petēdum id quod minus valet: puta ſi res nō eſſet vitioſa vel morboſa: valeret viginti: nūc autem valet quindecim: proponitur hec actio ad petendū quanti minoris intersit emptoris. Hoc autē ſciens ꝙ de vitio nunꝗ̄ tenetur vēditor niſi in tribus caſibus. Primus eſt quādo noiatim promiſit: ⁊ tunc agetur ex ſtipulatu. Secundus eſt quando ſciebat ſeruum habere vitium: ⁊ emptorem non admonuit ⁊ tūc tenetur ex empto vel ꝙ redhibeatur: vel ꝙ amittere teneatur. Tertio ſi vitio animi ſit admixtum vitiū corporis. Datur autem īfra annum vtilem. Sed ciuilis actio quanti minoris competit quādo librum vel aliā rem vitioſam vel morboſam emit propter quod res minus valet: et agitur quāti minoris eſſet emptur⁹. De hac actiōe nihil dicit̄ in arbore actionum ſed de pretoria ſolū. Vide ſimiliter de hac materia in Spec.tit.de emptio. ⁊ vēditio.§. nūc dicendum.ver. eſt ⁊ alia actio.

¶ Actio quod iuſſu perpetuo datur contra patrem vel dominum: quorum iuſſu cum filio vel ſeruo aliquis contraxit: ſiue videatur iuſſus ad contrahentē: ſiue ad ſeruū. Nec eſt in ea opus verbis: aut ſcriptura: vel vt diſtinguatur ſecundum Azonem: an videatur iuſſus vel iuſſio ſpecialiter in vno cōtractu: an generaliter: ita quod volens

Ayuntamiento de Madrid

cum ſeruo meo cōtrahere: ſecure poſ-
ſit. videor eñ oia iuſſiſſe: niſi lex certa
id eſt conditio vel pactū contrarium
ꝓhibeat. habet ergo locū actio quod
iuſſu. qñ domino viuente vel patre ſer
uus vel fili9 contraxit: qr hac domin9
vel pater eo quod iuſſu tenebitur.

¶ Actio qd̄ metus cauſa: datur ei qui ꝓ-
babili vel iuſto metu coactus rē ſuam
vendidit: tradidit: vel ꝑmiſit aduer-
ſus eum qui metū intulit. Sed intra
annū erit quadrupli propter contu-
maciam nolentis rē reſtituere iuſſu
iudicis ante lit. cōte. Poſt annū ve-
ro ſimpli. vt in. l. ſi cum emptore. ſ. rñ.
⁊. §. poſt annum. ff. q̄ met. cau.

¶ Actio rei vendicationis eſt qñ dicis
rem corporalē eſſe tuā: vt hūc ſeruū:
hunc equum: hanc veſtem. Alia dicit
vēdicatio quam legiſte non habent.
que dat pro re incorporali: vt not. per
doct. in. c. examinata. de iudi.

¶ Actio reſciſſoria triplex eſt: vt. ꝭ. de pu
bliciana reſciſſo.

¶ Actio redhibitoria dat emptori ꝯtra
venditorem: vt ſeruū: vel animal mor
boſū recipiat: ⁊ pretiū reſtituat ⁊ dat
intra ſex mēſes vtiles: quia hec actio
tantum ſex mēſibus durat. ff. de edil.
edicto. l. ſ. verbi gratia. Si vēdis mihi
animal morboſum latentem morbū
habens: vel aliam rem vitioſam tali vi
tio quod vitium ſi ſciuiſſem nullo mo
do emiſſem: mihi datur actio contra
te ad hoc quod pretium receptum re-
ſtituas intra ſex mēſes: ⁊ rem tuā mor
bidam: vel vitioſam reaſſumas. Sed
pactum legis cōmiſſorie habet fieri ſi
vendo rem meam tibi ſub illa condi-
tione. ſi ſoluas decem pro ea intra cer
tum terminum: quod ſi non ſolueris
ſit res inempta ⁊ mea ſicut prius erat
vide infra lex commiſſoria.

¶ Actio rerum amotarū competit mari
to aduerſus vxorem de rebus conſtā-
te matrimonio cauſa diuortij ablatis.
dat aūt poſt diuortium: ⁊ cōtinet rei
ꝑſecutionem. Sed ſi pendente iudi-
cio reintegretur matrimonium ſolui-
tur iudiciū rerū amotarū. ⁊ ſi redin-
tegato matrimonio iterū ſiat diuor-
tium remanebit actio rerū amotarum
ob res amotas prioris diuortij cauſa.
Et in quo caſu actio fuerit daret ꝯtra
extraneū in eodem caſu actio rerum
amotarū locum h̄z: dummodo illa cō
currant: ſcilꝫ vt res mariti dolo malo
amoueant: ⁊ econtra. Itē q̄ fiat amo
tio conſtante matrimonio: vel vt ali-
quid fiat qd̄ pro amotione habeatur
Item qd̄ fiat cauſa diuortij. Dat etiā
hec actio cōtra patrē filio vel filie qua
tenus ex ea re locupletior eſt fact9: vel
dolo malo eius factum eſt quominus
fieret. De hac materia vide nota. per
Azo. in ſum. eo. titulo.

¶ Actio rei vxo. vel vxoratitie ſublata
eſt: in cuius locū ſubrogata eſt actio
ex ſtipulatu: q̄ datur marito vel ei9 pa
tri vt dos reddat. Si eñ a datiōe dos
inciperet: hec actio locū nō haberet:
lꝫ quidem dicunt contrarium: vt di-
cit Azo in ſum. eo. ti.

¶ Actio ſeruiana domino fundi: vel do-
mus cōpetit ad perſequendas res cō
ductoris pro mercede domus quaſi
res pignoratas: que q̄uis non conuē
tione pignorentur: tamen iuris con-
ſtitutiōe obligantur tacite pro loca-
tione iure pignoris in vrbanis ꝑdijs
inuecta ⁊ illata: in ruſticis vero ꝑdijs
fructus tantum. De hoc vide in. §. ſer
uiana. inſtitu. de actio.

ri.Inde nomē cenſoris ſumptum eſt.
Predia etiam dicūtur cenſeri q2 cen
ſum prebent.Etiam cenſeri eſt in cen
ſura conſcribi:vt.C.in quibꝰ cau pig.
taci.ccontra.l.j.

¶ Cenſores a cenſu eris .i.pecunie ſunt
dicti:quia cenſum tollūt.Cum enī au-
ctꝰ eſſet cenſus i vrbe Romana adeo
vt conſules non ſufficerent: cōſtituti
ſunt cenſores:ꝛ cenſoris nomē inde vi
detur eſſe tractum:quia ſenatū aliqđ
cenſuiſſe dicimꝰ.l.cenſeri. prealle. Itē
cēſor eſt iudex.Inde cēſura .i.iudiciū:
ꝛ per cenſura3 eccleſiaſtica3 ſignifica
tur interdictū: ſuſpēſio ꝛ excōicatio.
c.querenti.de ver.ſignifi.Etiam cēſo
res Romanos procuratores dicimꝰ.

¶ Cenſiti dicunṫ qui cenſentur.i.cēſum
prebēt.require.§.agricole et cenſiti.et
l.colonus.

¶ Cenſus:tributū:ꝛ penſio publica ide3
vt.C.in q ui.cau.pig.ta.ꝯtra.l.j.ꝛ.C.ſi
propter pēſionē publicam.l.ſi accipi
tur.Unde cenſus idem eſt qđ pēſio q̄
ſoluitur de prouentibus.

¶ Cenſitor eſt qui recipit ꝑſentationes
collectoꝝ coloni:ꝛ pignoris iure ve-

Ayuntamiento de Madrid

dit prediū ſi cenſus non ſoluit:vt.ff. de cēſi.l.forma.§.illa.⁊.l.cū poſſeſſor.§.cum pro pecunia.

¶Cenſura eccleſiaſtica quid ſit:vide extra de ſepul.c.vlti.⁊ vt lit.nō conteſta.c.tue. Item quid importet:vide extra de verbo.ſi.c.querenti.⁊ in cle.de iudi.c.ij.⁊ de foro compe.c.ſ.

¶Cenodoxa eſt vana ⁊ mundi gloria.

¶Centenarij dicuntur duces vel magiſtri cētum militum: quorum poteſtas dicitur centena.

¶Centurio eſt qui preeſt centum. C.de inoff.teſt.l.de inofficioſo.⁊ ibi no.⁊ de mili.te.l.ex militibus.⁊ ibi in glo.⁊ de vulg.et pupil.ſubſti.l.centurio.

¶Cerdo dicitur vilis homo q̄ artes exercet illiberales quodlibet lucrum ſectans:cerdo enim grece:lucrum latine dicitur. de eo meminit in reconſul.in.l.cerdonem.ff.de no.oper.nun.

¶Ceſſio eſt iuris ⁊ actionis trāſlatio.nā per ceſſionem iura ⁊ actiones in eum cui ceſſit:transferunt:q2 ſicut in vēditione vel quolibet titulo alienationis rei corp̄alis neceſſaria ē traditio quātum ad dominij translationem:ita ad translationē rei incorporalis:ſcilicet iuris ⁊ actionis vtimur ceſſione:q̄ reputatur pro traditione. Itē ceſſio ſ3 Iſido.lib.vi.etymo.proprie eſt rei cōceſſio:ſicut eſt illud Ruth.iiij. Cedo iuri ꝓpinquitatis. Nā cedere dicim⁹ quaſi concedere:vtpote ea que ꝓpria ſunt:nā aliena non cōcedimus ſed reſtituimus. Cedere etiam proprie dicitur qui contra veritatem alteri cōſentit.vt Cice. Ceſſit emiliſſe autoritate viri:id eſt poti⁹ paruit. Et eſt ſciendū ꝙ in inſtrumēto ceſſionis dicit̄ q̄d cedens eum cui cedit:conſtituit ꝓcuratorem in rem ſuam. Ad cui⁹ euidētiā notandū. Si cū titio ex mutuo ꝯtraxiſti:tibi competit contra eum actio directa ⁊ perſonalis:quia cū eo in tua ꝑſona contraxiſti. Tibi etiam competit actio vtilis:qua vtiliter ⁊ cum effectu debitum ipſum tanq̄ rem tuam proſequeris. Si autem mihi iura ⁊ actiōes contra debitorem tuū ex cauſa vendi tōis vel ex alia cōmiſeris:transfertur in me vtilis actio qua vti poſſum ad ipſu3 debitū tuu3 tanq̄ meum exequendum. Directa vero ⁊ ꝑſonalis remanet apud te cum a te ꝑ ceſſionē nō potuerit ſeparari:et ſi velis adeo tibi adheret.ff.ꝓ ſocio.l.iij. Et ſic patet ꝙ in directa actione ⁊ perſonali ſum ꝓcurator tuus:q2 aliter nō potera3 vti. licet enim directa non poſſit cedi:pōt tamē mandari eius exercitium. Et nota ꝙ ceſſio actionum preſumit̄ ſimulata ex trib⁹ q̄ notat Accur.i.l.ſ.⁊ pe.C. de man.⁊ ibi docto.⁊.c.fi.de alie.mu.indi.cau.fa. Itē ſunt ſex cauſe ꝓpter quas epiſcopus poteſt cedenti ſentētiā poſtulare:ſc3 cōſcientia criminis: debilitas corporis:defect⁹ ſciētie:malitia plebis:graue ſcandalū:⁊ irregularitas perſone. De crimine:de renuntia.niſi cum pridem.circa princ.⁊ ꝑ totum tit.vnde. Crimen debilitas defectus plebs mala:cogit cedere p̄latu3: ſimul addas ſcādala fratrum. Adde predictis ſi quis ſit irregularis.c.ſ.de renuntia.in glo.

¶Ceſſionarius dicitur ille in quem trāſfuſa eſt obligatio vel nomem:⁊ debet certiorare debitorē ꝙ nomē ei⁹ in ipſu3 transfuſu3 ſit:ipm notificādo:vel oſtēdēdo inſtrumētū.⁊ legēdo:et copiam ſi velit habere:dādo:vt.l.nomē. que res pigno.obliga.poſ.C.alias alteri ſoluere poſſet debitū:non credēs ſe obligatum ceſſionario.l.i.§.i.ff.de no.oper.nūtiatio.⁊.l.ſ.C.de oblig.et actio.per Barto.

¶Cerimonia eſt rit⁹ ſacrificādi. Dicūtur enim cerimonie ſacrificia ⁊ ſolennitates iudeoru3 que cereis exercebātur:⁊ ſic in veteri teſtamento peccata purgabantur.

¶Cerimonialia p̄cepta ſunt que ad cultum dei pertinent:de quib⁹ ratio reddi non poteſt ſm Ioā.theuto.diſtin.vi.§.his ita reſpondetur.quia ad literam fuerunt mādata:vt nō arabis in boue ⁊ aſino:non indues veſtē lino lanaq̄ contextam:⁊ non ſeres agru3 diuerſo ſemine. Sunt enim tres duplicitates ꝓhibite:ſcilicet,in corde:in ore:et in opere.

Ayuntamiento de Madrid

¶ Ceroferarij a colyti ſunt.xxſ.diſtinctio. cleros.xxxij.diſt.ſiquis poſt.§.deſer-uientes.

¶ Ceſar fuit primo nomen ꝓprium Julij imperatoris:a quo poſtea oēs impera tores dicti ſunt ceſares.

¶ Ceſo onis.eſt puer ſciſſus ab vtero ma tris. Inde ceſar: quia ceſus ex ventre matris:vt per gl.in rubꝛ.inſtit. in ver-bo ceſar.

¶ Certare.i.pugnare:quaſi certum ſe di-cens habere:quod fit etiā diſputādo. C.de poſthu.here.inſti.l.quod certa-tum.de leg.cum quidam.

¶ Certatores dicuntur monachi.in autē. de mona.§.cogitandum.

¶ Certum dicitur nō dubium:vnde pro curator debet eſſe certus.ff. de ꝓcura. l.ij. Item arbiter certus debet eſſe.ff. de arbi.l.item ſi vnus.§.ſi in duos.Si militer tutor debet eſſe certus.ff.de te ſta.tut.l.tutor incertus.et.l.duo ſunt titij.vt tenet Uber.de bobio.c.ſ.de ꝓ-cura.lib.vj.in gloſ.

¶ Certi cōdictio competit ex omni obli-gatione ⁊ ex omni cauſa ex qua aliq̄d certū ⁊ determinatum petitur: ſiue ex ꝯtractu ſiue ex cauſa legati:ſiue ex ſuo nomine:ſiue obligetur hereditario:⁊ ſunt due certi cōdictiōes.vna gnālis in omni cōtractu vbi certum petitur. alia ſpecialis in cōtractu mutui.Et lz nulla lex hoc manifeſte dicat:ꝑōt tñ elici ex tex.inſti.qui.mo.re ꝯtra.oblig. §.ſ.in fi.ibi ex eo cōtractu:ſcilicet mu-tui naſcit̄ certi cōdictio: quaſi pro no men eo demōſtret ſpecialitatē in mu-tuo.etiam in ſimili licet ſolum vna bo nor̄ poſſeſſio nominet̄: cōiter tñ ſunt due:vna generalis:alia ſpecialis.Poſ ſet etiā probari ex rubꝛ.ff.de re.cre.⁊ ſi cer.pe.⁊ de cōdi. Que rubrica hꝫ tres partes vbi in ſecūda tangit̄ certi con-dictio ſpecialis.⁊ eſt gl.inſti.§.prealle. ſimilis gl.in.l.certi condictio.in prin. ff.ſi cer.pe.⁊ in.l.ſ.in prin.ff.de tritica-ria.⁊c.Cōtrariū notauit catho de ſa-xis.in.l.ſ.C.qui admit.ad bonī.poſ.ſu-per rub.Nā bene datur aliqua bono-rū poſſeſſio in gnāli:ſed nulla gnālis. ⁊ ſic deeſt certi cōdictio ſicut ꝑ Ariſt. datur animal in genere: nullum tamē reperitur animal generale quod om-nibus participet animalibus. Et no-ta ꝙ in libello non procedit certi con-dictio generalis: quia non inſtruitur aduerſarius an debeat contēdere an liti cedere:dicendo:te conuenio:quia ad centum mihi teneris.

¶ Ceruiſia vini appellatione non conti-netur.ff.de vino ⁊ oleo legato.l.ſi q̄s vinum.

¶ Cetus:vide.ff.ad.l.iul.de vi.l.qui cetu. ⁊ in clemē.de elec.c.hi qui. Et quid ſit cetus:⁊ vnde dicatur: vide.xv.diſtin. canones.in fine. Item quot homines faciant cetum:vide Bar.in.l.ꝑtor.ff. vi bo.rap.

¶ Ceterum.no.Jo.cal.in cōmēto decre. veſtra.de coha.cleri.⁊ mul.⁊ Pan.in cōmento decre.nobis. de iure patro.

¶ Cetera:hec dictio habet importare in ꝯtractu ea q̄ veniūt: q̄ ſunt de natura ipſius cōtractus.hoc eſt de ꝯſuetudi-ne.vt no.in.l.ſi duo patroni.§.ſi q̄s iu rauerit.ff.de iureiur.⁊ ꝑ hoc inferunt doct.ꝙ ſi in ꝓtocollis alicuiꝰ notarij inueniant̄ hec verba ⁊c.ꝙ intelligant̄ ea veniſſe in cōtractu q̄ de natura vel de ꝯſuetudine eiꝰ ſunt: vt dicit Bal. ꝙ ꝑ verbū cetera nūq̄ intelligit̄ vt ve niat ꝓmiſſio cū pena. Ratio: qꝛ pena dꝫ eſſe q̄d extrinſecū ab ipſo cōtractu ideo nō intelligitur venire niſi exꝓſſe appareat.ar.ex his q̄ no.in.l.ſcīēdū.ff. de verborum oblig.⁊.l.ij.C.de fal.ſi tñ ſm Bal.ꝯctus eſſet conceptus ad cō ſilium ſapientis:⁊ in ipſo verbū ⁊c.re-periret̄:tunc bene poſſet apponi pena in hoc cōtractu.⁊ hoc operatur appo ſitio illa: vt conſilium ſapientis dicat iſtum contractum iuxta not.in l.aper te.ff.de verb.oblig.Et nota ꝙ dictio ⁊ cetera duplici modo ſcripta reperit̄:⁊ ſecundum hoc dupliciter ꝓfert̄. Uno mō ponit̄ indeterminate in fine ora-tionis ſic ꝙ nō regit̄ ab aliquo v̄bo:⁊ tūc debet ſcribi breuiter vt ſic ⁊c. Se-cūdo modo ponit̄ determinate ſic qꝺ refert̄ ad verbum in oratione poſituꝫ a quo regitur:⁊ debet ſcribi longe pro duabus dictionibꝰ vt ſic ⁊ cetera.Sic

HEMEROTECA
MUNICIPAL
MADRID

Ayuntamiento de Madrid

etiã ꝓfertur breuiter ⁊ lõgi⁹: ⁊ vtroq₃ modo ſignificat ꝑut verba ꝓcedẽtia vel aliud mediũ ſignificare declarat. Jllam breuiter ⁊c. ſignificat illud quod deficit: ⁊ ſupplet ỽba deficientia: vt in l. gallus. verſi. credendum. ff. de libe. ⁊ poſthu. vbi teſtator dicit. Si me viuo nepos decedat: tũc q ꝓnepos ⁊c. credendum eſt gallum denotaſſe id eſt de pronepote. Et ſic dictio ⁊c. ſupplet ibi verba ſm q ꝓnepos poteſt ſubſtitui: que ſunt in princ. illius. l. vt gallus introduxit. Item ſi ꝓcedit inſtrumentũ extenſum locationis vnius domus facte vni: ⁊ ſequitur inſtrumentũ abbreuiatum emptiõis alterius domus facte eidẽ. dictio ⁊c. ſignificat clauſulas in precedẽti poſitas q huic locationi ſunt applicabiles: q2 precedentia declarãt ſequẽtia. l. ſi ſeruus plurium. ff. de lega. j. Itẽ q2 in habentib⁹ ſymbolu₃ facilior eſt trãſit⁹. l. in rẽ. §. itẽ que cunq₃. ff. de rei ven. Contractus aute₃ emptiõis ⁊ locationis ſunt ſimiles. l. j. ff. locati. Et eſt ſciendũ ꝙ notari⁹ q̃ſi notã poſitã breuiter in ꝓtocollo redigere vult ad inſtrm publicum tunc ſignificata per dictionem ⁊c. d₃ extenſe ſcribere: q2 ſc̃ꝫ qd actũ eſt: ⁊ qd ꝑ hãc dictionẽ intellexit tã₃ teſtis ibi ↄtẽtorũ: q2 diſpoſitionẽ ↄtrahentiũ recipit ergo mortuo ꝑmo notario poſt protocollũ añq₃ redigeret illud in publicũ inſtrm: ſcd̃s notari⁹ nõ d₃ ſignificata ꝑ dictionẽ ⁊c. i ꝓtocollo poſitã extẽdere niſi ↄ̃tũ ibi ſunt extẽſa. l. ↄctũ. C. de fid. inſtr. Sed talis nota ꝓtocolli legẽda eſt partib⁹ corã teſtibus et illis exponẽtib⁹ verbũ ⁊c. debet notari⁹ ſecũdus ſuꝑ hoc requiſit⁹ expoſitionẽ illorũ redigere in publicũ inſtrm extenſum. al's iudex d₃ arbitrari ex ꝓcedẽtibus ⁊ ſequẽtib⁹ ⁊ ↄiecturari quid per ỽbũ ⁊c. ſignificet. l. ſi ſeru⁹ pluriũ. §. j. ff. de le. j. ⁊ l. volũtatis. C. de fideicom. Scd̃o ſumitur ⁊c. prout longe ponit ⁊ ſignificat alia ꝓter ea que enumerata ſunt. l. item querit. §. exercitu. ff. locati. vbi dicitur ꝙ milites de domo feneſtras ⁊c. ſuſtulerũt. Itẽ ibi: heres q cõpulſus adit: ſicut ceteris ↄmodis caretita hoc ↄmodo qd nõ põt detrahere quartã. l. nãq₃. §. qui ↄpulſus. ff. ad trebel. vbi dictio ⁊ cetera regit a verbis ſuſtulerunt ⁊ caret.

¶ Cibaria ſunt panis groſſus: caſeus: faba: cepe: ⁊ ſimilia. ſm gloſſ. in. l. ſeruis vrbanis. in ver. ex libellis. iuncta ſeq. ff. de leg. iij.

## ¶ De C ante J.

¶ Cicera eſt omne qd bibitur. xxiij. q. j. ſ. admonere. circa mediũ. in prin.

¶ Cicatrix d2 que vultum excecat vel deturpat: ⁊ poſt ſanatũ vuln⁹ remanet. Bart. in. l. ſi q̃s in metallum. C. de pe.

¶ Circuitores dicũtur qui circũeunt vel circũdant patrias a nũdinis ad nũdinas deferẽtes res venales. Et dicunt alio nomine circũmeatores.

¶ Circũforaneus ſm Iſid. li. x. dicitur q ad modum rote circũfertur.

¶ Circũſeptus eſt circũdat⁹ vel vndiq₃ cinctus: vt not. in proe. clemen.

¶ Circũducere literam eſt eam circũducta linea damnare: ⁊ ſic differt a cãcellare ⁊ ſuppunctare.

¶ Cemiterium eſt locus ſolenniter ꝑ epiſcopũ benedictus. de conſe. diſti. j. nemo. ⁊ d2 a cemos. i. dulce. ⁊ ſteron ſtatio: quaſi dulcis ſtatio.

¶ Chirographum eſt cum duo paciſcẽtes duas ſcripturas ſub eadem forma verboꝝ inter ſe cõficiũt: ⁊ mutuo ſibi tradunt: vel d2 inſtrumentum ſeu illa litera in qua debitor cõfitet ſe eſſe obligatũ creditori: idẽ qd ãtepocha ⁊ chirographa dũ veniũt nomẽ ſine corp⁹ veniſſe videtur. l. ſeruu₃ filij. §. cũ qui chirographum. ff. de leg. j.

¶ Circũſtantia alicuius loci intelligitur per. xxx. pedes: vt dicit Bar. in. l. item apud labeonẽ. §. cõuitium. ff. de iniu.

¶ Chiliarcha eſt princeps ſuper mille homines.

¶ Ciliũ eſt parua pellicula in oculo que dicitur lachrymale.

¶ Cimiliarchium locus eſt vbi reponit theſaurus. C. de bo. auto. iud. poſ. l. ff. §. ſin autem. ⁊ de agrico. ⁊ cenſi. l. litibus. §. ſin autem.

Ayuntamiento de Madrid

¶Cimiliarcha.i.cuſtos vaſoꝝ ⁊ aliarum rerum eccleſie. C.de ſac.ſan.eccle.l.iubemus.in glo.quaſi procuratori ⁊c.⁊ c.ea que.extra de offi.archi.

¶Cingulū qñq; exponit̄.i.adminiſtratione.in aut̄.vt liceat ma.⁊ auie.§.q2 vero quidaȝ.⁊.C.vt dig.o2.ſer.l.ij.li.xij.de meta.l.omnes.Qñq; cingulū ponitur pro enſe vel ꝑ titulo dignitatis.in aut̄.vt oēs obe.iud.ꝓuin.§.arripiat.⁊.C.de prepo.ſac.cub.l.viti.lib.xij.

¶Circa eſt ſignificatiōis reſtrictiue: nō autem ampliatiue.vt in.l.rutilia polla.ff.de ꝯben.emp.⁊ hoc no.ꝑ ſtatutis.Et quid dictio circa operet̄ in teſte.vide Bar.in.l.celſus.ff.de vſuca. Et circa pertinet ad tempus circū ad locum circiter ad numerum.

¶Circunſcriptio quid ſit.Bart.in aut̄.ex cauſa.C.de libe.prete.

¶Citatio eſt in ius vocatio vel inuitatio cū quis de aliquo conqueritur: ⁊ querimonia ſua co2aȝ iudice depoſita: iudex emiſſo citationis edicto: ad eius inſtantiā vocat vel inuitat illum ad ſe in quem agere deſiderat q̄ cōqueſtus eſt.Si vero in edicto iudex: vel ꝑto2: adijciat hāc clauſulā: ſi in die preſcripto nō veneris quaſi contumax condemnaberis vel reputaberis: tūc edictum olim dicebatur peremptorium. Hodie aūt ſufficit ꝙ dicatur.Citam9 talem peremptorie: ⁊ eſt quadruplex modus citandi ſm Guil.de mon.lau. Primus per nuntium literis citatorijs.Secundus per preconem.Terti9 per edictum.cle.ſ.de iudi.Quartus fit ex iuris diſpoſitione.Item quedā citatio fit ad monitionem iudicis.c.cōſuluit.de offi.deleg.Item quedam eſt verbalis: quedam realis: vel actualis ducendo ad iudicem. Item citatiōis ſunt tres actus. Primus eſt impoſitio: cum iudex imponit nuntio vt citetur reus.Secūdus manifeſtatio: cuȝ nuncius denuntiat citato vt veniat. Tertius relatio: cum nuncius refert iudici talē in tali loco citaſſe.additur etiam quartus.ſ.comparitio citati: et quando citatus teneatur comparere: ⁊ ſi non comparet mulctetur: not.per docto.in.c.ꝑterea.de dila.Et de illis actibus in.c.fi.de ferijs.Et no.ꝙ citatio eſt de iure naturali.vt in clem̄.paſto2alis.de re iud. Et citatus ad locū mo2boſum ſeu vbi aer eſt peſtilētialis vel co2ruptus: nō tenet̄ ire cum ſaluti hoīum ſit ratio adhibenda.l.recuſare.§.ſi quis in vno.ff.ad treb.⁊ ibi per doc.Nec citatus ꝑemptorie pōt dici cōtumax ante libelli oblationē.l.ſi finita.§.ſi plures.ff.de dam.infec.

¶Cito aduerbium id eſt intra.xx.dies in aut̄.de man.princ.§.ſed ⁊ ſi ſuſcipientes.

¶Citra qñq; ponitur pro preter.de cal.l.vlti.de pac.l.paciſci.⁊ de mino.l.verum.§.ex pacto.qñq; habet effectum priuationis vel negationis.ff.famili.erciſ.l.ſi filia.§.pap.Quandoq; ponitur pro ſine.in aut̄.vt iu.ſine quoquo ſuf.§.quod antē a nobis.Quandoq; exponitur citra ꝙ.i.aliter ꝙ.in auten.iuſiur.qđ preſt.ab his.§.iuro quoq;.quandoq; exponitur citra.i.cōtra.ff.de noua.l.ſeruus.Aliquando.i.ante.extra de teſti.c.dilecto.

¶Ciuitas dr̄ quaſi ciuium vnitas: ⁊ murorum ambitu terminat̄.de ſen.excō.ſi ciuitas.cuius appellatione etiā cōprehendunt̄ burgenſes.ff.de verb.ſignifi.l.ij.Item ciuitatis appellatione cōprehendunt̄ mille paſſus a muro ciuitatis.ff.eo.tit.l.mille.⁊.ff.de pe.l.qđ liquide.§.ſi ita legitur.Item cōprehēdunt̄ o2ti.ar.ff.de procu.l.ꝑſens.Iteȝ ciuitatis nomine non comprehendū tur dioceſes: nec econtra: vocat̄ antē ꝓprie ciuitas que habet epiſcopum.vt.lxxx.diſtin.in illis.

¶Ciuilis actio.Require.ſ.actio.

¶Ciuile debitum.vide in glo.l.finali.de ſolu.Et quandoq; ciuile: idem eſt ꝙ vrbanū ⁊ elegans: vt in glo.in.l.ciuile eſt.C.de fur.Sic inciuile.i.inurbanū vel indecēs.l.inciuile.ff.de legi.vbi dicitur: inciuile eſt reſpōdere.l.tota nō inſpecta.

¶Ciuis eſt natus in ciuitate.l.ciues.ff.de app.vbi glo.Sed q̄d de natis in comitatur? Dicit̄ in autētico quib.mo.na.effi.ſui.§.ſi vero neq; ciues.co.vij.⁊

Ayuntamiento de Madrid

ibi per Jaco. de bel. monetur queſtio
de rege concedente priuilegium ciui-
tatibus: ⁊ ciuibus regni.

¶ Ciuium appellatione veniunt nõ ſolũ
illi de comitatu: ſed etiã illi de territo
rio. Fel. in. c. rodulphus. ix. co. ꝟ. quar
ta cõcluſio. Adde ꝙ ciuiũ appellatiõe
veniũt illi qui ſunt de ciuitate: dioce-
ſi vel comitatu. doc. in rub. ff. ſol. mat.
licet glo. aliter ſentiat in. d. c. Rodul-
phus. Bart. in. l. j. ff. ad mu. adde qđ
Bar. in. l. iij. C. de nat. lib. dicit ibi per
illum tex. ꝙ ille q̇ ex vico eſt: ſortit ori-
ginem ex ipſa ciuitate cui ſubeſt vic⁹:
⁊ an repreſalie cõceſſe contra ciues cõ
prehendant cõciuitatẽſes. Bal. in. l.
fi. vbi alij. ff. de offi. procon.

¶ Ciſterna eſt locus in quo congregant
aque pluuiales. ⁊ ibi collectiue vſui
reſeruant: alij ponũt ciſtellã ꝓ eodẽ.

## ¶ De C ante L.

¶ Clam poſſidere. i. occulte poſſidere.

¶ Clamys eſt veſtis militũ: purpura re-
gum: ſtola ſacerdotum: toga aduoca-
torum: birrus ruſticoꝝ: vel cuſtodũ:
cuculla monachoꝝ: vt. C. de veſti. ho-
lo. ⁊ aura. lib. xj. ⁊. C. qui mi. nõ poſ. l. ſi
clariſſimi. ꝑ ut no. Azo. i ſum. C. de off.
prefect. preto. Apud imperatorẽ erant
in triplici gradu: q2 alij erãt maiores ⁊
hi vocabant illuſtres ſicut ṗfectus ṗ-
torio orientis: item aphrice: itẽ vrbis
Romane. Alij erant minores: ⁊ hi vo-
cabãt clariſſimi puta ṗſides. Alij me-
dij: ⁊ inter illos erant ſpectabiles: vt
ꝓconſules ⁊ prefectus egypti: q̇ etiã
dicuntur auguſtales.

¶ Clandeſtinum coniugiũ eſt deſpecta
perſonarum preſentia vel iuris ſolen
nitate vel denunciatione nõ premiſſa
ſine ſacerdotis benedictione occultũ
matrimonium.

¶ Clandeſtina electio dr̃ q̃ in cameris ꝑ
occulta cõuenticula fit: vel illa quam
canonici inter ſe ſecretam tenent.

¶ Clariſſimatus eſt dignitas. C. de ꝓri.
ſa. ſcri. l. pecuniarie. Aliquando acci-
pitur pro conſulatu. C. de eque. dign.
l. j Et ibi nota. ⁊ de dome. ⁊ protect. l.
ij. libro. xij.

¶ Clariſſimus dicitur etiam q̇ eſt ſpecta-
bilis: eo ꝙ clarã habeat dignitatem.
C. de prin. agen. in re. l. fi.

¶ Claſſis. i. nauis: inde claſſic⁹. i. nũerus
claſſatorum. i. nauiũ ad bellandũ. Et
qui cenſetur vel voluerit ſe huic mini
ſterio deputare: dicebat incẽſitus: vt
C. de claſſi. lib. xj.

¶ Clauſtrum dicit quaſi claudẽs: ſiue ca
ſtrans. i. priuans habitãtes in eis ne
euagentur. vij. q. j. §. vlt. ⁊ no. ꝑ Arch.
de ſtatu regu. c. vno. §. verũ. lib. vj. ſuꝑ
verbo more. ⁊ eſt loc⁹ religioſus. extra
de conſti. c. ij. in prin. Aliq̃ñ clauſtrũ
dicitur inſtrumentum ad claudendũ
domum vel partem eius. ff. de act. em-
pti. l. fundi.

¶ Cliens dr̃ ille cuius cãm aduocat⁹ tue
tur ⁊ defendit. Inde clientulus dimi-
nutiuum: ⁊ idẽ eſt ſm Iſido. Vel dicit
quaſi colens a colendis patronis. Vñ
ſolẽt ꝑuerſi aduocati dicere ſuis clien
tulis. Si verũ rñderis: cãm perdes: ſʒ
nõ dicunt ſi falſum rñderis regnũ dei
perdes: ⁊ cum iniuſta ſententia dãna-
tionem acquires: vt eſt glo. magiſtra.
in. c. j. de confeſ.

¶ Cliui appellant foſſe terreſtres per gi-
rum. ff. de ſerui. vr. predi. l. ſeruitutes.
§. ſi domo.

¶ Clerica dr̃ corona clericoꝝ roſa: vt no.
Jo. an. de vi. ⁊ ho. cle. c. clerici.

¶ Cleros grece eſt ſors latine: vel here-
ditas. Sũt ergo dicti clerici: q2 de ſor-
te dñi ſunt. xxj. diſt. cleros. vbi ponun
tur noĩa oĩum graduũ in eccl'ia xp̃i de
ſeruientiũ. Et appellatione clericorũ
etiã intelligunt monachi: lʒ nõ econ-
tra: q2 ſunt etiã electi in ſortẽ dñi. xij.
q̃. j. duo ſunt gñа. Et hoc maxime in
cauſis fauorabilib⁹: ſʒ i odioſis ſec⁹:
vt no. in. c. j. de iur. cal. vbi ẽt appella-
tione clerici nõ venit monach⁹: q2 ibi
poſtea ſpecificat. vide. c. cũ ſm apl'm.
de preben. ⁊. c. cleros. prealleg.

¶ Cleronomia: idẽ eſt qđ hereditas di-
uina.

¶ Cloaca dr̃ loc⁹ cõcauus vbi ſordes cõ
fluũt ex quocũq; vili loco: vl' effluunt
de vijs ⁊ plateis: vel vbi ſtercora reci-

Ayuntamiento de Madrid

piuntur: ſcilꝫ latrina. ff. de clo. l. j. Uel cloaca eſt locus cauus per quē colluuies quedā fluit: ꝛ ponit ꝑtor ibi duo interdicta de cloacis. Primū eſt ꝓhibitoriū: quo ꝓhibetur vicinis facere vim quo minus cloaca purget et reficiatur. Scdm eſt reſtitutoriū. Uñ flauius mela ſcripſit cōpetere interdictū hoc vt in vicini edes veniat et reſcindat pauimēta purgāde cloace gratia. Et ſi qs velit priuatā cloacā facere vt exitū habeat in publicā cloacam: non eſſe impedimētū Pomponius putat. Et vtrūqꝫ interdictoꝝ eſt ad ſalubritatem ciuitatū. Nā ꝛ celū peſtilēs ꝛ ruinas immūditie cloacaꝝ minant: vt ibi dicit. Eſt ergo duplex cloaca: ꝑuata et publica. Et appellatione cloace tubi ꝛ fiſtule ꝯtinent. ex. l. j. ꝑall. ff. d cloacis.

## De C ante D.

Coactio eſt duplex: abſoluta ꝛ cōditionalis. Coactio abſoluta eſt cui reſiſti nō poteſt: vt cū quis violēter trahitur ad aliqd faciēdū: quo caſu quis oīno excuſat. l. diſ. ꝑſbyteros. ꝛ. j. q. j. cōſtat. Coactio cōditionalis eſt q̄ metū cruciatus vel aliqd graue minat: q̄ ſi excuſat a tāto: nō tñ a toto. c. ſacris. de his que vi me. ve cau. fi. in glo. verbi attenuet ſm Hoſ. in ſum. eo. ti. ꝛ etiā in. c. cum dilectus. eo. tit. vide Bar. brix. in glo. verbi minuta diſt. v. ad eius vero. vbi bñ diſtinguit. Et coacta voluntas etiam volūtas eſt. xv. q. j. merito. ff. qd met. cau. l. ſi mulier. §. ſi metu.

Coarctare. i. reſtringere: ita exponunt Hoſti. ꝛ Archi. extra de reſcri. c. diſpēdia. in ꝑn. li. vj. ꝛ hr hec dictio. extra de imu. eccl. c. j. i fi. de offi. deleg. ꝯſuluit.

Cocus venit appellatione artificis: qꝛ cocū eſſe: eſt ars. l. ſi quis venditor. §. j. et. ij. ff. de edi. edi. Imo cocus imperatoris habet dignitatē. ad quod Bal. allegat tex. in. l. j. quis cocoꝝ. in vſibus feudo. hec Lu. de ro. in ſingulis ſuis.

Codicilli dicunt codices parui. i. libelli in quibus cum aliquis impedit aliqua neceſſitate ne faciat teſtamētum de rebus ſuis diſponit in vltima volūtate: ſm Azo. in ſum. C. de codicillis. In hoc autem differunt a teſtamento. Nam ſi idē poſſent codicilli: qd teſtamentum: cur diuerſum his inſtris vocabulum mādaretur: que vis ac poteſtas vna ſociaſſet. Igitur in codicillis hereditas neqꝫ dari neqꝫ adimi poteſt directe: ne cōfundat ius teſtamentoꝝ ꝛ codicilloꝝ. Nec in eis poteſt exheredatio ſcribi: nec cōditio heredi inſtituto poteſt adduci: nec ſubſtitui in eis directe poteſt: ſed per fideicōmiſſum in eis hereditas directe relinquit: vt inſti. eo. §. codicillis. ꝛ. §. directo. ꝛ plura alia que no. Azo. ꝛ Hoſt. in ſum. ti. de teſt. ꝛ Spec. ti. de inſtru. edi. §. viſo.

Codicillus dicit ab autore qui hoc genus ſcripture inſtituit. Et eſt ſcriptura vel lr̄a in qua teſtator voluntatē figurat ſuā nulla indigens ſolennitate: ſed ſola teſtatoris volūtate qualicūqꝫ ſcripture ſignificatiōe expreſſa: cuius bñficio ſubuenit voluntatibus defunctorum ꝑpter deficiētem ſolēnitatem verboꝝ legaliū: vel certe ꝑpter neceſſitatem adhibendoꝝ ſolēnium. Et ſicut codicillus fit vice teſtamētı: ſic epiſtola fit vice codicilloꝝ. Et nota ꝙ illa clauſula: ſi nō valet iure teſtamētı: valeat tñ iure codicilloꝝ: ſm Accur. in aut. ex cauſa. C. de lib. ꝑte. vel exhere. non habet locum qñ teſtamentū deficit vitio teſtatoris: vt qꝛ exheredauit vel ꝑterijt filiū: ſed bene operatur qñ teſtamentum non habet vitiū intrinſecum: ſcilicet preteritionē vel exheredationem: ſed habet defectuꝫ extrinſecum: puta quia minor eſt numerus teſtium ꝛc. vt ex modernis doct. Guil. de cu. tenet cum glo. in. l. fi. C. de codicillis. licet Dyn. ꝛ alij teneant contrarium in. l. patronus. §. ſi paganus. ff. de iniuſto rup. teſta. Hec ponit Bal. de peru. in quodam conſilio.

Codex eſt quilibet liber qui cōtinet in ſe diuerſos libros partiales ꝛ hoc generaliter. Sed ꝓpꝛie eſt liber qui cōtinet diuerſa ꝑcepta imperatoꝝ. Unde ante tꝑs Iuſtiniani erāt tres codices: ſcꝫ Gregorianus: Hermogenianus: ꝛ Theodoſianus: multe ꝯſtitutiōes ex

Ayuntamiento de Madrid

illis diuagãtes preterea duo pene mi lia librorum triciescentena milia verſuum. Videns ergo Juſtinianus tantã legum multitudinē: voluit circa hoc adhibere remediũ ſalubre. Primo direxit animũ ſuũ ad imperiales cõſtitutiones: de iſtis tribus codicibus extranagantibus fecit fieri vnũ codicē: quem ſuo felici noīe nũcupauit codicē Juſtiniani. Deinde direxit animũ ad immēſa veteris iuris volumina: et de illis duobus pene milibus librorum et tricies cētenis milibus verſuum fecit fieri librũ digeſtorum ſeu pãdectarum: quē diuiſit in qnquaginta libros partiales: et tres integrales ſcʒ. ff. vetus. Inforciatũ. et ff. nouũ. Poſtea pro iuuenibus et legũ tyronib9 fecit librũ inſtitutionũ: mediocrē ſcʒ eruditionē cõtinētem: per quaʒ q̃ſi ꝑ pontē iuuenes ad legũ ſubtiliora et altiora peruenirent.

Coetanei ſunt homines paris etatis ſm Iſido.

Cognatio legalis ſm Hoſtien. eo. tit. eſt quedam proximitas prouenies ex adoptione vel arrogatione: vt not. in rubri. eiuſdem titu.

Cognatio ſpũalis eſt propinquitas vel attinētia que prouenit ex ſacramenti datione: vel ad ſacramentũ recipiendum atteſtatione vel attētione. vnde ex cognatione ſpũali que in baptiſmo cõtrahitur nouē propinquitates naſcuntur. Prima filiatio inter ſacerdotem baptizantē et baptizatũ. Scda cõpaternitas inter ſacerdotē et patrē baptizati. Tertia commaternitas inter eundeʒ et matrē baptizati. Quarta inter filios ſacerdotis et baptizatũ. ſ. fraternitas. xxx. q. j. hoies. et q. iij. ita diligere. Quinta filiatio inter baptizatũ et ſuſcipiētem de baptiſmo. Sexta filiatio inter eundē et vxoreʒ ſuſcipientis. Septima fraternitas inter baptizatũ et filios ſuſcipiētis. Octaua cõpaternitas inter ſuſcipienteʒ et patrē ſuſcepti. Nona maternitas inter eundem et matrem pueri. xxx. q. iij. per totum.

Cogere exponit. i. congregare. ff. vi bonorum rap. l. ij. in prin. et §. dolo.

Cognatio cõſanguinei vxoris eſt coitus cum conſanguinea vxoris.

Cognati require. s. Agnati. et habetur poſt agnatos: qr cognati per femineũ ſexum: ſed agnati per maſculinũ coniuncti ſunt: hoc tamen hodie modicũ curatur. Sed an agnatus pſumatur ſcire factum cognati vide legē octaui gradus. ff. vnde cognati. et c. quoſdã. de preſump. per doct.

Cognomē dicit a cognatiōe. ff. de lib. et poſth. l. ſ. et inſti. de leg. §. ſi qs in noie. et. C. de teſta. l. ſi in nomine.

Cognomina debent poni quando ex noibus proprijs reſultat incertitudo. Bart. in conſtit. j. fforum. verſi. quero nunquid ſit neceſſe.

Cognoſcere mſtra eſt ea relegere et diſtinguere: et conferre accepta et data.

Cohors. i. ſocietas. ff. ad. l. iul. repet. l. ſ. de offi. prefec. vigi. l. iij. in prin.

Cohortalis eſt apparitor qui ob hnori9 eſt cohorti. l. ſi cohortalis. C. e. ti. li. xij.

Colonus eſt qui prediũ habet agri colendi cauſa. Differt autē colonus ab inquilino: qr hic in rure: iſte aũt in ciuitate morat: et habet plures ſpecies agricolarum ſm Azo. qr alij vocant colonicõditionales: alij coloni inquilini: alij originarij: alij coloni ſimplr nuncupati et c. de quibus. j. patebit. Pro differentia coloni ab vſufruct. vide in gloſ. inſtit. de rerum diui. §. is vero.

Coloni conditionales dicunt quaſi ex ſua cõditione prediũ vel agrũ colere debētes. et ſm Jo. ſic cõſtituunt qꝫ primo in ſcriptis vel ſine ſcriptis ꝑpetuo iure colonos ſe eſſe in fundo ꝓmittũt vt poſtea per viginti annos in fundo ꝑmaneant. Et licet quidã putent hos eſſe aſcriptitios conditionales: tñ ſm Joã. male putãt: qr colonus tpis trãſcurſu põt liberari: aſcriptitius vo minime. vt. C. de agri. et cenſi. l. cum ſancimus. lib. xj. require. s. aſcriptitias.

Coloni dominici dicebantur qui colebant agros imperatoris. vt. C. de pre. et omnibus re. lib. xj.

Coloni illyrici: als et melius illyriciani de illyrico. i. de ſclauonia dicunt: et hꝫ in. l. cũ querebat. C. vñ vi. vbi dr inter illyricianã aduocationē. gl. ſ. inter aduocatos

Ayuntamiento de Madrid

vocatos de illyrico. C. de collo. illyric. lib. xj.

¶ Colonus inquilinus. licet ſm quoſdã inter colonos cõditionales ꝛ inquilinos nulla ſit differẽtia (pro quibus videtur facere. l. diffinimus. C. de agri. ꝛ cen. lib. xj.) tñ ſm Jo. hec eſt differentia: qꝛ inquilinus minus aſtrictus eſt ꝙ colonus conditionalis: vñ inquilinus bene poteſt in alia parte cuiuſlibet ſuburbij domũ conducere ꝛ inhabitare: ſed cõditionalis colonus non audet cũ ſua familia recedere a fundo quem colit: nec alibi habitare.

¶ Colonus originarius ſm Jo. dicit͛ coloni cõditionalis filius: ex eo ꝙ originaliter cõditioni colonarie ſubiectus eſt: nec refert ſm Jo. ſiue in ſolo fuerit natus: ſiue extra ſolũ: qꝛ tanꝙ originarius ad terrã illã reducẽdus eſt quam pater ſuſcepit colendam.

¶ Coloni paleſtini ſunt de paleſtina prouincia dicti.

¶ Coloni partiarij ſm quoſdã dicuntur illi qui terrã colunt pro parte dimidia vel tertia: ſm ſterilitatem terraꝝ: ꝛ ſm Joã. nullũ ius habẽt ſtatim fructibus a ſolo ſeparatis. Et ille dicitur proprie partiarius qui cõducit rem ruſticam pro cõmuni damno ꝛ cõmodo. Et cõpetit contra eum actio pro ſocio.

¶ Colonus ſimpliciter ſm Joan. dicitur qui ſub certa annua mercede in pecunia numerata predia colenda accipit. Nam ſm eum nõ eſſet locatio ſine pecunia. ff. de po. l. j. §. ſi quis ſeruum.

¶ Colonus proprie dicitur qui ruſticam rem conducit nummis: ꝛ cõpetit contra eum actio preſcriptis verbis: ſiue in factum vbi. ſ.

¶ Colonus ad nummum conductus eſt ille qui ſtatim cum fructus fuerint a ſolo ſeparati vt vſuſfructuarius intelligitur: ſm Jo. ff. de fur. l. ſi apes.

¶ Colonus ſuperficiarius eſt qui aream conducit ea cõditione vt ſibi liceat in ea edificare: ꝛ domum tollere cum voluerit.

¶ Coloni partiarij ſunt qui totũ agrum ſuis expenſis colant: et ex fructibus preſtant dño fundi quantũ conuenit.

¶ Coloni palatini: habet͛. C. eo. ti. lib. xj.

¶ Collatores dicunt͛ a conferendo: quia conferunt in fiſcum: ſiue ordinaria ſit collatio: ſiue extraordinaria.

¶ Collatio ſm Azo. in ſum. C. de col. eſt ius quo res quedã nõ hereditaria fit hereditaria. i. redigit͛ in cõmune. Et dicit͛ collatio quaſi in cõmune latio. Nam qđ erat ꝓpriũ: dicit͛ ibi mediũ: et cõfertur. i. cõmunioni ſubijcit͛. Uel eſt cõfuſio ſiue coadunatio rerũ cõferentis in res cõmunes ſeu cum rebus cõibus diuidendis: vt no. in. l. ſi ſoror. C. de col. Item ſm ful. in rub. C. eo. ti. collatio eſt triplex. Una quam faciunt ſcholares diſputando: ꝛ de iure diſceptando: vt in aut. ꝛ ſi cõtracti. C. de fi. inſtru. Alia quã facimus bibẽdo ꝛ comedẽdo. Tertia q̃ fit res coadunãdo: et iſta hic deſcripta eſt. ꝛ in tit. de coll.

¶ Collatio inſtrumentoꝝ eſt quãdo duo inſtrumenta inſpiciuntur ꝛ examinãtur ſimul vtrum in vno ita ſit ſicut in altero: vel vt videatur per modum et formam ſcripture effectus eius.

¶ Collactaneus idem eſt ꝙ conſugens: ſed collectaneus. i. condormiens a lacte primus. ſecundus autẽ a lecto nomen habet.

¶ Collega ſm Jſido. dicit͛ a colligatione ſocietatis vel complexu amicitie: ꝛ eſt idem ꝙ ſodalis in officio alterius paris poteſtatis.

¶ Collegarius etiam eſt vnus ex talibus ſocijs.

¶ Collegiati dicunt͛ aliqui qui ſunt de aliquo corpore. i. cõgregatione vel artificio hoim veluti piſtoꝝ: fabroꝝ: monachorum: ꝛ quorũdam alioꝝ collegium habentiũ: qui etiã dicunt͛ chartopatri: quia eoꝝ noia ſcribebant͛ in charta vel matricula patrie: vt. C. de colle. lib. xj. in rub. Scribebãtur antẽ pro eo vt patrie fierent incorporati. Uel dicebantur corporaliter emẽtes chartã. i. locũ cuiqꝫ per chartã aſſignatũ: vt in eius locũ ſurrogent͛: ꝛ patrie fiant incorporati: ſm Accur. ibidẽ in. l. vnica.

¶ Collegiũ eſt ꝯgregatio quã ad minus tres facere pñt. Nã duo faciũt cõgregationem: collegiũ tres: populũ decẽ.



Ayuntamiento de Madrid

turbam.xxv.gregẽ.x.porci:vel decem oues.vt not.Ber.de elec.c.j.Et collegia licita et approbata in his in quib9 habent iuriſdictionẽ.⁊ quo ad ea que ad eṗos collegiatos pertinent pñt facere ſtatuta:vt no.in gl.fi.C.de iuriſd. om.iud.Et expreſſius.C.de cõſti.pec. l.ij.in fi.per Barto.in.l.oẽs populi.ff. de iuſti.⁊ iur.Item collegio nõ approbato nõ relinquit̃ in teſtamẽto.l.collegium.C.de heredi.inſti.⁊ de licito vel illicito.l.j.C.de ſacroſanct.eccle.de exceſſi.prelat.cum dilecto.⁊ per Barto. ff.de colle.illici.

¶Collaterales dicunt̃ qui ſe attingunt vel ſibi attinent tranſuerſaliter per lineam collateralem:nõ per lineã rectã aſcendentẽ vel deſcendentẽ:vt cõſanguinei vel cõſimiles.Dicuntur etiam collaterales generaliter oẽs equaliter quaſi lateribus conſidentes.

¶Collobium eſt toga vel veſtis ſine manicis.

¶Collectiua dictio dicit̃ que ſignificat collectiue ex ſua impoſitiõe:q̃ñq; etiã ex ſignificato ſumpto aliunde ex quauis alia materia ſubiecta ſignificationi:verbi gratia ibi:oẽs ferunt lapidez vel trabẽ:ſignificat collectiue.l.ita vulneratus.ff.ad.l.aquil.Sed ibi oẽs ſtudent auaritie:ſignificat diſtributiue. Ratio q2 in primo exemplo ex vnitate lapidis ſumit̃ ſignificatũ verbi:ſed in ſcđo exẽplo ſenſus eſt ꝙ q̃libet homo ſtudet auaritie.Simil'r hic:oẽs hoies aut ſunt liberi aut ſerui.inſtit.de iure perſo.ſm materiã ſubiectã non patit̃ ſenſum collectiuũ:q2 falſum eſt ꝙ oẽs hoies ſunt liberi:vel ſerui:q̃m aliqui liberi ſunt:⁊ aliqui ſerui.ſed in.l.ſi neceſſaria.§.ſi annua.ff.de pig.act.ſumitur dictio vnaqueq; collectiue:vbi ſi ſtipulatus ſum trigita mihi ſolui annua bima trima die.i.quolibet anno in tribus mihi ſolui decẽ:⁊ pignus accepi:deinde pactum eſt appoſitũ ꝙ ſi mihi vnaquaq; die pecunia ſoluta nõ eſſet:mihi vendere pignus liceret dicit tex.qđ pecunia non ſoluta vno termino ſc3 primo vel ſcđo:non licet vendere pignus:ſed oibus terminis preteritis.Et ſic illa verba:vnaquaq; die ſignificant collectiue:ſc3 oim terminorum ſimul.Dicitur ergo collectiua dictio que ſignificat collectiue ꝑ modum eiuſdem corporis:vt ſunt turba: domus:grex:peculiũ:collegiũ.hereditas:ciuitas vniuerſitas:commune ⁊c. Item dictio quiſq; eſt collectiua:ibi. Titius ⁊ ſeius pro quãta parte quiſq; eoꝝ me heredẽ fecerit:heredes mihi ſunto.l.hoc articulo.ff.de here.inſtit. quia cũ refertur ad vtrũq;:collectiue dicitur.tamẽ ex ſubiecta materia (ſcilicet inſtitutionis) ſumit̃ q̃ñq; ſignificatum diſtributionis.De hoc in.l.fi. C.de impu.⁊ alijs ſubſt.⁊.l.ſi filiabus. §.j.ff.de lega.j.⁊.l.ſi fuerit.ff.de rebus dub.hoc ponit Barto.in.l.hoc articulo.preallega.

¶Colles intelliguntur homines inferioris vite.C.de ſum.trini.l.fi.in prin.ſuper verbo collis.

¶Collyrium eſt vnguentum ad oculos. inſti.de re.diui.§.cũ ex aliena.et.ff.de acqui.re.domi.l.adeo.§.cum quis.

¶Colliſum argẽtum quid ſit.vide.ff.de auro ⁊ argen.lega.l.quintus.ij.§.cum aurum.

¶Colluctatio ſit dum aliqui ſimul luctãtur pugnis vel calcibus:vel verius q̃ſi pugnantes nõ ſtant certo loco.ff.ad.l. aquil.l.qua actione.§.ſi q̃s colluctatione.in gloſ.

¶Coluber dicitur quaſi colens vmbras vel hymbres:quia ſit lubricoſus.

¶Colluſio ſm Ber.in glo.in.c.audiuimus.de collu.detegẽ.⁊.c.cũ clerici.de cenſi.eſt inter actorem ⁊ reum latens ⁊ fraudulẽta cõuentio:per quam alter in iudicio ſuperari ſe ꝑmittit:qua interueniente ſm Hoſtiẽ.in ſum.aliq̃ſi delicta remanẽt impunita:vel etiã cõmittuntur.⁊ ſm Azo.ſit per procuratorem ⁊ aduocatum cauſarũ qui ſe in lite ſuperari patiuntur:⁊ ſit per principales perſonas in ſimilibus tam in ciuili cauſa q̃ in ſpirituali:vt in.d.c.audiuimus.In ciuilibus antẽ ſm Azo. ſit impune:vt q̃ñ quis per colluſionez patitur ſeruũ vel libertum ingenuum pronuntiari : et hoc ideo ne per ta-

Ayuntamiento de Madrid

les degeneres inquinaretur ampliſſimus ordo ſenatorum.
¶ Comma grece diuiſio. Chomata. i. aggeres. ff. de extraor. cri. l. pe. §. pe. ⁊ ibi nota.
¶ Commentarius eſt ille q̄ cauſas commentatur vel ſcribit.
¶ Commẽtorarius eſt componere vel fingere ſeu gloſſare.
¶ Commentū ſignificat deceptionẽ vel occultum ſeu malitioſum tractatū. de reſtit. in integ. c. j. li. vj. xxxviij. diſtin. c. ij. de teſti. cogen.
¶ Comes orientis ſm Azo. in ſum. eo. ti. forte erat ꝓcurator rerū ceſaris quas habebat in oriente.
¶ Comes palatinꝰ dicit qui curaȝ gerebat precipuā vt miſſorū notarioꝝ ⁊ iudicum negligentiā argueret: ⁊ a ꝓuincialibus tributa exigeret: ⁊ ꝯſueta deposceret: ita ꝙ non in prouincialibꝰ: ſed precipue iuſſus eſt vt iudicibus et eoꝝ officialibus precepto immineret ⁊ ſupereſſet. C. de offi. comi. ſacrarum largitionum. ⁊ de offi. re. pro.
¶ Comes rerū priuatarum ſm Azo. erat forte ꝓcurator ceſaris in priuatis rebus: ⁊ ſm eū etiā fuit illuſtris. Alij dicūt ꝙ priuati commodi ⁊ fiſcaliū rerū habuit adminiſtrationem: vt eas conſeruaret: ⁊ in eis negotiaretur.
¶ Comes ſacrarū largitionum ſm Azo. erat ille per quē principes ſua ſtipendia largiebant: ⁊ hic forte erat ꝓcurator reipublice q̄ grece logiſta nūcupatur ⁊ illuſtris erat. Alij dicūt ꝙ ꝑ hūc imperator libertatem ſuā ⁊ magnificentiā exercebat: ⁊ largitudinem agebat.
¶ Comes ſacri patrimonij erat qui imperatoris procurabat patrimoniū: q̄ in hoc differt a comite rerū priuatarū qꝛ hic tenet cuſtodiā rerum priuataꝝ ⁊ exercet negotiationē circa mobilia ſed ille patrimonium ⁊ immobilia procurat: ⁊ hec differentia preſumitur ex verbis. C. de offic. comi. re. priua. ⁊ ff. de offi. procu. ceſſ. l. j.
¶ Comites cōſiſtoriani ſunt illi qui ſteterunt in principis ꝯſiſtorio q̄ dici meruerūt et ſpectabiles: ⁊ ꝓcōſulibꝰ eq̄parabant. C. de cōſiſto. li. xij. l. j. Uel cōſiſtoriani dicebant q̄ preerant caſtris ꝓncipis ordinādis: ⁊ erant plures: et eligebant decani de cōſiſtorianis ⁊ miniſterianis: vt eo. ti. preal. Alio mō cōſiſtoria dicebant caſtrenſiarij: ⁊ apud nos hodie caſtellani vocant: lȝ apud alios vocentur oēs quibus prouiſum eſt de certis redditibꝰ vt in caſtro aliquo ꝓ defenſione ⁊ cuſtodia cōmorētur. de cō. mil. ⁊ qui prouincias regūt ⁊c. vide. C. li. xij. cum ſuis ti.
¶ Comminus. i. ſtatim vel ad minus. ff. de pig. ac. l. ſi qua. ⁊ de rei vē. l. ſi a bone fidei. ⁊ de verb. obli. l. cōtinuꝰ. Aliq̄ñ cōminus exponit. i. tota ea die. C. de fru. ⁊ lit. expē. l. termiato: ⁊ ibi no. ⁊. ff. de re iu. l. paulꝰ. vel cōminus. i. repſentialr. C. de le. l. ſi imperialis. in princ.
¶ Comitarienſes milites: alr̄ comitatenſes dr̄ milites ſtipēdiarij: a comitatu dicti: qꝛ militāt nō ſoli: ſȝ i comitatu.
¶ Comētariēſis dr̄ cuſtos in carcere poſitoꝝ. ff. de ori. iu. l. ij. ⁊. C. de cuſto. reo. l. ad cōmētariēſem: vbi talis punit tali pena cū ſocio ſuo q̄ punitꝰ fuiſſet aufugiēs ex negligētia eoꝝ niſi ex neceſſitate ꝓcul ab offō egerit: qꝛ tunc adinṫor eius pari pena conſtringitur.
¶ Commenda eſt cuſtodia eccleſie alicui cōmiſſa. c. nemo deinceps. de elec. lib. vj. vbi bona gl. de cōmēdis cū multis queſtionibus. in. c. dudum. de elec.
¶ Commendatarius dicit nudus miniſter. vt patet in. l. lucius. ff. depo.
¶ Commendo eſt verbum importans fideicommiſſum. Bar. in. l. fideicōmiſſa. §. ſi ita. ff. de leg. iij.
¶ Cōmēdare eſt deponere. ff. de ver. ſig. l. cōmendare. ff. depo. l. lucius. ⁊. xxij. q. ij. ne quis arbitret. Etiā capit ꝓ laudare. vt in glo. preallé.
¶ Commodatum eſt alicuius certe rei ad aliquem ſpecialem vſum gratuita facta conceſſio. Adde ad certū tp̄s tacitum vel expreſſum ſm Jo. an. in. c. vnico. de commo. ⁊ differt a p̄cario ꝑ vſuȝ ſpecialē: itē qꝛ p̄carium nō pōt reuocari niſi tp̄e expleto: ſed cōmodatum nō poteſt reuocari niſi expleto vſu ad quem datur. Jtem cōmodatum ſoluȝ in mobilibus reperitur: precariū vero



Ayuntamiento de Madrid

etiam in immobilib9.inſtit.quib.mo. contrahi.obli.§.itē cui res.ꝟ. cōmodata aūt res.Et dr facta conceſſio:nō autem tranſlatio: q2 is q̄ commodat: dn̄ium poſſidet ꝛ ꝓprietatē retinet.ff. co.ti.l.rei cōmodate.Dicit̄ gratuita: q2 nulla merces interuenire dz: alias ſi merces interueniret:tunc res tranſiret in locationem vel in contractum innominatum do vt facias.inſti.locati.§.j.ꝛ mandati.§.vlti.

¶ Commodare eſt rem ad vſum alicuius q̄diu velit concedere.

¶ Cōmodatarius eſt ille cui res aliqua datur vtenda:vcʒ ipſum cōmodatū.

¶ Commodati actio.require.s̄.actio cōmodati.

¶ Commodum ſm Iſid.li.v.eſt illud qd̄ eſt noſtri iuris:ꝛ etiā ad alios temporaliter tranſlatum eſt cum modo tp̄is q̄diu apud eos ſit:vnde cōmodū dicitur etiam alio noie' commodatum.

¶ Commercium ſm Iſid.li.v.eſt deriuatum a mercibus:quas res venales nūcupamus:vnde mercatus dr cet9 multoꝝ qui res emere vel vendere ſolēt:ꝛ eſt cōmercium quaſi cōmutatio mercium.Etiam dicit̄ copula:dicēdo: carnale commercium.

¶ Comeſtor vel comeſſor idem eſt quod guloſus.

¶ Comminationes ſunt mine ꝑ iudicem impoſite:nec tn̄ habent autoritatem rei iudi.ſm Azo.

¶ Communi diuidūdo ſm Iſid.li.v.eſt inter eos quib9 res cōis eſt q̄ actio iubet poſtulātibus his arbitrū dari:cuius arbitratu res diuidatur.Require s̄.actio commu.diuidundo.

¶ Cōmunia prediorū. Require.j.ꝑdiū.

¶ Cōmunia de vſucapionib9. Require. j.vſucapio.

¶ Communia de ſucceſſionibus.Require.j.ſucceſſio:ꝛ inuenies.

¶ Commeatus dicit̄ licētiatus vel recommēdatio ſeu remuneratio ipſis licētiatis tp̄e licētiature facta:vt in epiſtola Alex.mag.ꝛ Ariſt.legit̄.ꝛ eſt qd̄ vulgo dicit̄ cōductus liber.i.trāſitus a commeādo deſcendens:vt ibi dr optimus nos ſuſceperunt commeatibus.

¶ Comedia.i.villana locutio: vt in gl.c. nō li.ba.metr.lo.ſua ad extraneā conferre.in rub.li.xj.Itē eſt' dignitas:ſed ſm Donatū eſt ruſticana laus ſiue cātilena.a come.i.villa: ꝛ ode.i.cantus.

¶ Comēdatitie litere,ſunt dimiſſorie quibus cleric9 dimittit̄ ꝛ abſoluit̄ a poteſtate ſui epi:in quibus perhibetur de vita ꝛ ordinibus illius teſtimonium.

¶ Cōparatiuus capit̄ interdū pro poſitiuō:vt lati9.i.late.c.auaritie.de elect. li.vj.ſimiliter.c.lʒ.ꝓpeſi. de accu.ibi: potius.ꝛ.c.ſi pignorationes.de iniu. ibi diſtricti9.i.diſtricte. Sicut interdū poſitiuus capitur ꝓ cōparatiuo: vt in ps.cxvij.Bonū eſt confidere in dn̄o:q̄ꝫ in hoie. Bonū eſt ſperare in deo ꝛc.ibi bonum.i.melius.

¶ Compēdioſa hec dictio ſignificat ſubſtitutionē' q̄ ſub conditiōe mortis alia multa ꝯplectit̄ tp̄a ſeu longū tp̄s: qd̄ dicitur poſt puberē etatē.Et dr ideo compendioſa: q2 ſub verboꝝ cōpendio plura complectit̄ tp̄a: ꝛ q̄ſiqꝫ plures ſubſtitutiones.facit.l.meuius.§. duorū.ibi orationis cōpēdio.ff.de le. ij.ꝛ.l.precibus.C.de impu.ꝛ ali.ſubſti. Et hoc prout adaptat̄ illud ſignificatum:q2 poteſt ad alia adaptari:vt aliter ſignificet prout verbū cui adaptaretur ſignificare dictaret.vide.j.ſubſtitutio compendioſa.

¶ Competere dicit̄ cū ius eſt ad petēduꝫ illud qd̄ petit̄.no.in gl.ff.de dā.infec. l.damnū.in prin.Itē cōpetit exponit̄. i.cōuenit:vt in aut.de equal.dot.§.q2 vero.ꝛ.ff.ad velle.l.he actiones.

¶ Competenter.no.glo.xxiij.q.iij.votū. ꝛ vide qd̄ not.de verb.ſigni.c.ſi.lib.vj. ſuper verbo contempſerit.

¶ Compilator ſm Iſido.lib.x.eſt ille qui aliena dicta ſuis ꝑmiſcet.Et ſic ſolent pigmētarij i pictura diuerſa mixta cōfundere.Vn̄ illud Hora.Pictoribus atqꝫ poetis.Quidlʒ audēdi ſemꝑ fuit equa ptās.hoc ſcelere quōdā accuſabat̄ Mātuanus ille vates cū quoſdā v̄ſus Homeri trāſferēs ſuis ꝑmiſcuiſſet:ꝛ cū cōpilator veterū ab emulis diceret̄:reſpōdit magnarū eſſe virium: clauā a manu Herculis extorquere.

Ayuntamiento de Madrid

¶ Cõplures qui dicantur: vide Bar. in l.j.C. ſi rector prouincie.

¶ Cõcluſio eſt termin⁹ et excluſiuus ꝓbationum ⁊ allegationũ. Panor. in. c. cũ dilectus. de fi. inſtru. in fi.

¶ Concubina ſumitur duobus modis. Primo dr̃ illa quã quis cognoſcit fornicario affectu. et talis non impedit ordinis promotionem. Secundo dr̃ illa quã aliquis cognoſcit vxorio ſiue maritali affectu: ⁊ talis impedit ꝓmouẽdum ad ſacros ordines. xxxiij. diſt. ſi quis de laicis. de preſum. c. illud. de clande. deſpon. per totum. Item cõcubina ſm̃ Azo. in ſum. eo. tit. conſtituit ſola intẽtione animi: ⁊ ab eo q̃n̄q̧ qui non poteſt vxorem ducere: vt ecce preſes mulierem oriundam de prouincia non duceret vxorem: tñ poteſt habere cõcubinam. Poteſt autẽ ſcd̃m leges: vt ipſe Azo dicit eas ſolas habere mulieres ſine metu criminis: in quibus ſtuprũ non cõmittitur: ſicut in virgine: vidua: ⁊ minore. xxv. annis. in quibus ſtuprum committitur.

¶ Cõcubinatus eſt crimen mere eccleſiaſticum: vnde debet puniri per iudicem eccleſiaſticũ: nõ per ſecularem. Feli. in c. eccleſia ſancte Marie. in col. l. alias xliij. ver. decimoſeptimo. de cõſti. Adde ꝙ crimen concubinatus nõ debet puniri per iudicem ſecularem: q2 ſcd̃m leges nõ eſt crimen. l. in concubinatu. ff. de cõcu. ⁊ de hoc tantum cognoſcit eccleſia: ſm̃ oẽs ſcribentes. vide Fed. de ſenis conſi. ſuo. clij. Jo. and. in reg. ſine culpa. de reg. iu. in. vj. et Abb. i ru bri. de adul. ⁊ in. c. per venerabilem. in xij. col. qui fi. ſunt legit. ⁊ in. c. cũ venis ſent. de inſti. in fi.

¶ Conclaue dr̃ cella vel thalamus ſecret⁹ ad quem per multas claues veniẽ. vide gl. in verbo conclaue. l. quod cõclaue. ff. de dã. infec. ⁊ ideo in electiõe pape cardinales intrant conclaue.

¶ Confeſſio facta alicui de aliqua re: reſpicit pſonã cui fit: non aũt ipſam rẽ: adeo ꝙ finiẽ morte ipſius cuius facta eſt: nec ad heredes ei⁹ trãſmittiẽ: niſi in ipſa cõfeſſione fiat mẽtio de heredibus. l. cũ ſeruus. §. ſi quis. ff. de leg. j.

¶ Cõfirmatio eſt iuris prius habiti corroboratio: vt colligiẽ de fi. inſtr. c. iter dilectos. Alio modo eſt ſacramentoꝝ adminiſtratio: ſc3 in fronte chriſmatis aſſignatio. Et fit cõfirmatio primo modo dicta his verbis. Cõfirmamus te ſicut rite poſſides: vel ſicut ſine prauitate facta eſt electio: vel ſicut prouide facta eſt.

¶ Confirmare eſt alicui iuri vel facto firmitatem preſtare.

¶ Coniectura eſt veriſimilis ratio ſuſpitionem inducens: non de neceſſitate perſonam vincens.

¶ Cõiũctio q̃n̄q̧ ponitur ꝓ diſiunctiõe: vt cum dr̃ mihi herediq̧ meo. ff. de verbo. ſig. l. coniuncti. ⁊ diſiunctio q̃n̄q̧ pro coniunctione: vt. ff. eo l. ſepe.

¶ Concurbita eſt verbum iniurioſu3: vt not. ff. de his qui. vt indi. l. ſed inimicitie. in gloſ. Alias eſt cucurbita: et cito creſcit: nec videtur quomodo. inſtit. de re. di. §. preterea.

¶ Conditio eſt diſpoſitionis ſuſpẽſio ex euẽtu icerto futuro ei appoſito: i quẽ euẽtũ ei⁹ diſpoſitionis facta eſt collatio. ff. ſi cer. pe. l. itaq̧. v. g. ꝓmitto: vel lego ſi titi⁹ fuerit cõſul. hec diſpoſitio eſt ꝯditionalis: ex incerto appoſito ſi titi⁹ ⁊c. Et per hoc diſpoſitiõis vellegati fit ſuſpẽſio: ⁊ eueniẽte caſu quo titius fit ꝯſul purificaẽ: ⁊ nõ plus ſuſpẽditur. inſti. de ver. ſig. §. ex ꝯditionali. ⁊. ff. de ꝯdi. ⁊ demõ. per totũ. Põt aũt capi cõditio dupliciter. Uno modo ꝓ tẽporis ſuſpẽſione qđ ſolet apponi in cõtractibus: aut vltimis volũtatib⁹. de quo in titu. preall'. de cõdi. ⁊ demõ. ⁊ in tit. de cõdi. inſtitutionũ. Secũdo modo q̃n aliq̃d ſolutũ eſt: ⁊ illud intẽdimus repetere: ⁊ appellatur ꝯdictio quaſi ſoluti repetitio. de iſta tractaẽ in ti. de cõdi. ob cau. datã. ⁊ titu. ſeq. ⁊ de ſui natura nõ ſolet dari dñio: q2 repetitio preſupponit dñium eſſe trãſlatũ. l. fi. ff. de vſufru. ea. re. que vſu ꝯſu. Et hec cõdictio ꝑncipal'r eſt duplex: vna generalis cõcurrẽs cũ qualicũq̧ actione ex qua certũ petiẽ. l. certi cõdictio. ff. ſi cer. pet. Alia eſt q̃ diuidiẽ in multa membra: ſcilicet in ꝯdictionẽ ob cau



Ayuntamiento de Madrid

ſam ob turpē cauſam indebiti: ſiue cā
furtiua ⁊c. de quibus omnibus. J. dice
tur. Et nota ꝙ cōditio differt a modo
⁊ a cauſa: ⁊ a demonſtratione: ꝑ glo.
in rub. ff. de condi. ⁊ demon.

¶ Cōditio eſt legati cuius de futuro de-
fectus ſeu cōfirmatio pēdet ſuſpēſio:
⁊ ibi legati ponit exēplariter: ⁊ ſic non
reſtringit quin conueniat aliis a lega
to: quia exempla nō reſtringunt regu
lam. l. dāni infecti ſtipulatio. ff. de dā.
infec. Bar. ſic diffinit. Cōditio eſt q̄-
dam euentus futurus in quē diſpoſi-
tio ſuſpenditur. ⁊ intelligitur de euen
tu in facto vel in re. l. multum intereſt.
de ꝯdi. ⁊ demō. ſiue cōditiōis affirma
tiue vel negatiue. l. in teſtamēto. eo. ti.
Et dicit futurus: q2 de preterito ⁊ pre
ſenti ꝓpe nō eſt ꝯditio: q2 nō ſuſpēdit
l. cū ad preſens: cum duabus ſequen.
ff. ſi cer. pe. Bal. do ſic diffinit. Eſt ad
iectio quedam per quā diſpoſitū ha-
bet in ſui eſſe pēdentiam: exiſtentiam
vel defectum. Et hec generalis eſt ad
omnem conditionem inductiuam: et
extinctiuam: de preterito preſenti: vel
futuro. Petrus de peruſio ſic diffinit.
Cōditio eſt verborū adiectio in futu-
rū ſuſpendentium: ſcďm quam diſpo
nens vult diſpoſitū regulari. Signifi
catur autē conditio per dictionem ſi:
vt in exemplo: lego ſi titius fuerit con
ſul. Item per aduerbium cum. vt dicē-
do cū titius conſul fuerit. Sed eſt dif-
ferentia inter ſi ⁊ cum: non quo ad cō
ditionem faciendā: ſed quo ad modū
ſignificādi: q2 dictio ſi: ſignificat prin
cipaliter conditionē vel ſuſpenſionē:
⁊ per conſequēs tempus dilationis ⁊
diſpoſitionis in euētum futurum. Et
quia ille eſt incertus: ideo cōſecutiue
ſuſpēſionem ſignificat. l. ſi titio. ff. q̄ñ
dies leg. ced. ⁊. l. q̄ ꝓmiſit. ff. de condi.
⁊ demonſt. Item dictio niſi ſignificat
conditionem: vt vendo tibi librū pro
decē: ita ꝙ venditio valeat ⁊ perficia-
tur niſi alius cōditionem meliorē in-
tra mēſem faciat. l. ij. cum ibi notatis.
ff. de in diē adiect. Itē dictio alioquin
conditionem facit: vt promittis mihi
ſcribere librū intra menſem alioquin
decem nomine pene. nã ſenſus eſt: ſi
non ſcripſeris ⁊c. l. ſi finito. §. ex hoc
edicto. ff. de dā. infecto. Itē in dictiōe
alias: quia eadem modo expōitur: id
eſt ſi nō ſcripſeris. Item in dictiōe ſi-
ue dicendo: ꝓmitto ſi nauis ex aſia ve
nerit: ſiue titius ꝯſul fuerit. Et que il-
larum cōditionū diſiunctiuarū prior
fuerit: purificat diſpoſitionem. l. ſi ita
quis ſtipuletur. ff. de verborū obliga.
Itē in alternatiua: vt dicendo. aut re-
linquas predia propinquis: aut liber
tis. l. cum pater. §. penult. ff. de lega. ij.
nā ſenſus eſt: ſi non ſint propinqui: ve
niāt liberti. ⁊ hoc ſignificato ſumpto
ex maiori affectiōe propinquorū: qui-
bus teſtator ꝓmo derelinquere voluit
vt patet ex ordie ſcripture. Itē in ad-
uerbio quādiu: vt ibi. promitto vel le-
go ſingulis annis decem quādiu res
meas vel heredis mei geſſeris: nā ſen-
ſus eſt. ſi geſſeris habeas decē. l. pater.
§. ſi. ff. de condi. ⁊ demon. Item in di-
ctionibus quoad donec quouſq;: q2
idem ſignificant. Item in dictione dū
dicēdo lego vxori dum cum filio meo
erit. l. qui cōcubinā. §. vxori. ff. de leg.
iij. Idem in dictione quādocunq;: vt
vir legat vxori quandocūq; filios ha-
buerit. l. cum vir. ff. de conditio. ⁊ de-
monſtra. Idem de quādo: vt lego pu-
pille q̄ñ nupſerit. l. pupillo. ff. de leg. ij.
Idē de vbi: dicendo: lego filio vbi nu-
pſerit. l. ſi ita ſcriptum. §. j. ff. de lega. ij.
Idem de quatenus: vt lego quaten9
heres meus erit: quia ſenſus eſt: ſi in
toto vel in parte. l. ſtichum. ff. de leg. j.
Idem de poſtq̄ et ad: vt lego ad tem-
pus liberorum. l. ſi vir vxori. ff. de con
di. ⁊ demon. Item de prepoſitione cū:
vt ancilla cum liberis libera eſto. itelli
gendo ꝙ ancilla libera non ſit niſi cū
liberis. l. ſi ita fuerit. ff. de manumiſſis
teſta. Idem de in: vt lego titio in diſci
plina. l. nec ſolū. §. ſi in habitatione. ff.
quando dies legati ce. Idem in nomi
ne: vt promitto tibi partum agnetis:
vel fructus fundi talis. l. interdum. ff.
de verborum obligat. et. l. j. in fine. de
conditio. et demonſtratione. ⁊ depen
det diſpoſitio ex icerto futuro euētu:

Ayuntamiento de Madrid

ideſt pariat: vel fructꝰ ſi creſcant. Idē
ꝓmitto centum nomine dotis: ideſt ſi
matrimoniū ſequatur. l. ſi ſtipulatio-
nē. ff. de iure do. quia dos ſine matri-
monio eſſe nō pōt: ergo ſic intelligit.
Idē de donatiōe cā mortis. l. ſi mortis
cauſa. ff. de dona. cauſa mor. ⁊ hoc ex
natura huiꝰ contractus q̄ procedit ex
cōmuni modo ſic agēdi. Idem in ꝓ-
nomine vt veſtem que mea erit lego. l.
nup. ff. de leg. iij. Idem de quiſquis. vt
quiſquis mihi heres erit: ſit heres fi-
lio meo. l. qui liberis. §. hec v̈ba. ff. de
vulgari ſubſtit. Idē de quiſq̄: vt titiū
⁊ ſeium pro quanta parte quiſq̄ here
dē me fecerit: ipſum inſtituo. l. hoc ar
ticulo. ff. de heredibꝰ inſtituēdis. Idē
de qui: vt qui priꝰ aſcēderit capitoliū.
l. ſi fuerit. ff. de verborum obligatiōe.
Idem de quicunq̄: vt quicunq3 ꝓfeſ
ſus fuerit ⁊c. l. hoc edicto. ff. d̄ iure fiſ.
⁊ hoc ex ſignificato non tātum ꝓno-
minis: ſed verbi futuri tp̄is. l. ij. ff. de
here. inſtituen. Similiter ibi: emo pi-
ſces qui capientur: emptio eſt condi-
tionalis. idē in participio: vt acceptis
cētum a titio: inſtituo eū heredem. l. a
teſtatore. ff. de condi. ⁊ demonſtratio.
Nam licet acceptis ſit preteriti tēpo-
ris: tamē ſignificat ibi futurū ſcilicet
ſi accepero ⁊c. Idem ibi lego ſtichum
futurum meum. argu.. l. ſtichum. ff. de
leg. ſ. Idem in gerūdio vt ſum inſtitu
tus adeundo repudiante titio. l. ſi tu
ex parte. ff. de acquirenda heredi. Idē
in ſupino. vt lego vel promitto eunti-
bus ſpatiatum in die dominico: ⁊ ſic
de ſimilibus.

¶ Condictio multiplex eſt. Nā quedam
eſt condictio certi: que competit ex
omni cauſa ⁊ omni obligatiōe ex qua
aliquid certum petitur: ſiue ex certo
contractu: ſiue ex lege aquil. agat: ſiue
ſuo nomine: ſiue hereditario obliget.
Unde manifeſtum eſt quod iſta cōdi
ctio concurrit cū actione mādati: de-
poſiti: ⁊ ceteris vbi quid certu3 petit.
Et ideo ſm diuerſitatē cauſarum nūc
re/nunc verbis/nūc literis/nunc cō
ſenſu contrahitur/nunc etiam ex cō-
tractu/nunc ex quaſi contractu/nūc
ex delicto competit. immutata tamē
pecunia: ſola iſta competit.

¶ Condictio ex lege ſecundum Azonē
eodem titulo locum habet quādo ſeu
quoties ex noua lege ſurgit obligatio
nec in eadē lege cautū eſt quo genere
actionū experiatur: que pro varietate
cauſarum: nunc ex cōtractu: nunc ex
debito naſcitur: ⁊ ſic non ſtatuitur vel
cauetur qua actione agatur.

¶ Condictio furtiua cōpetit domino rei
contra furem eiuſq̄ ſucceſſores ad
ipſam rem proſequendam vel eſtima
tionē eius quāti plurimi fuerit poſtq̄
ablata fuit eo quod fur ſemper eſt et
fuit in mora.

¶ Condictio indebiti cōpetit ei qui per
errorem indebitam pecuniā ſoluit ali
cui credens ei teneri: cū nō teneatur
vel cū a ꝓcuratore ſuo ſoluta eſſet ipſo
ignorāte. Eſt ergo condictio indebiti
ſecundū Azonē in ſum. eodem titu.
poſtq̄ ſoluta indebita repetuntur ſi-
ue per ignorantiam facti etiam non
probabilem: vt quia errauit quis in fa
cto ſuo: ſiue per ignorantiam iuris ta
lia indebita ſoluantur: quia ignorātia
iuris non debet alicui nocere in dam
no vitando: vt. ff. de iur. ⁊ facti igno. l.
iuris ignorantia.

¶ Cōdictio liberationis competit ei qui
quod omnino non debuit promiſit.

¶ Condictio ob cām datorum ſecundū
Azo. eo. titu. competit ⁊ locum habet
vbicūq̄ duo contractus innominati
interueniunt: ſc3 do vt des: facio vt fa
cias. In illo aūt contractu innomina
to. ſ. do vt des: dat actio de dolo. Et
ꝓ aliij dicunt: tūc cōpetit ad rem pe-
tendā q̄ ob cauſam honeſtam: vtpote
in cauſam futurā vel p̄terita data eſt:
cauſa non ſecuta. pōt enim condici cā
non ſecuta ſi penituerit dantē: re inte
gra. Si vero dediſti decem: vt bono-
niā irem: ⁊ aliquid quod erogaui ad
profectionem expꝛimam: habes cōdi
ctionem: ita tn̄ vt preſtetur mihi indē
nitas. Quia autē ex obligatione q̄ re
trahit: et non conſenſu perficitur hec
cōdictio minima eſt: q2 res ad aliquē
ꝑfecta ſine cōſenſu vtriuſq3: ꝯtra eū-

dem aſſenſum petitur et repetitur.

¶ Cōdictio ob turpē cām eſt per quā re⸗
petim⁹ ea q̄ dedim⁹ alteri cauſa nō ſe⸗
cuta ob quā data ſunt: ſi turpitudo tā
tum ex parte accipiētis v̄ſetur. Alio⸗
quin ſi ex parte dantis ꝛ accipiētis: re
peti nō poteſt: q̄ꝛ in pari cā turpitudi
nis potioꝛ eſt cōdictio poſſidentis. c.
in pari. de reg. iur. lib. vi. et ſm Azo. eo
dem titulo ponitur exemplū. Ego de
di tibi vt ſacrilegiū nō faceres: ab hoc
enim debuiſti abſtinere nullo tibi da⸗
to. Et ideo etiā cauſa ſecuta poſſum
petere quod tibi dedi.

¶ Cōdictio ob cauſam. hanc cōdictionē
parit res apud aliū ꝯſtituta ſiue ab ini
tio: ſiue iā: ſiue poſtea ꝑuenit ad eū ex
iuſta cauſa poſtea ad inſtātiā rediit: vt
chirographū apud creditorē debitoꝛ
poſt debiti ſolutionē recipit. Sed hāc
cōdictionē ob cām putāt quidā ex cō
tractu prouenire: q̄ꝛ non cōpetit niſi
aliꝗ cōtractus p̄cedāt. Aliꝗ ex quaſi
contractu credūt deſcēdere: ad ſimili
tudinem condictionis indebiti: quia
qui ob cauſam condicit actoꝛ: primū
contractum diſſoluit.

¶ Condictio ſine cauſa competit: qn̄ ali⸗
quid ꝑmo ex iuſta cā eſt apud alterū:
ſed poſtea ꝑ aliquē effectū eſſe nō de⸗
bet. v̄bi gratia: mutuaſti mihi centum
feci tibi inſtrumētū i quo ꝯfeſſus ſum
me tibi teneri: ſoluo tibi: modo inſtru
mentū obligatoriū eſt apud te ſine cā
ꝑ quā repetā ipſum. Cōpetit ergo cō⸗
dictio ſine cauſa: finita cā ex qua res
ad aliquē peruenit ex cōtractu q̄ iam
finitus eſt: vn̄ v̄r deſcēdere. nec inde
q̄d expirauit: adhuc cām ſubſiſtendi
habere. Itē ſi ſine cauſa penes te res
eſt quā nō habes per contractū: et ita
nec ex contractu: nec ex maleficio es
obligat⁹ mihi. Etiā locū habet vbi⸗
cūq; ſine cauſa aliq̄d q̄d apud te eſt
mea intereſt me habere.

¶ Cōdictio triticaria gn̄alis eſt: de aliis
rebus omnibus competens preter q̄
de pecunia numerata: ſiue ſoli mobi⸗
les ſiue immobiles ſint. Ideoq; fun⸗
dus ꝛ vſuſfructus ꝛ cetere ſeruitutes
prediorū per ipſam repetūtur. Rē aūt
ſuā nemo petit hac actione niſi ex cer
tis cauſis: vt ex cauſa furti vel rapine
cū itaq; ſit generalis hec cōdictio. vt
cōdictio certi: in multis aliis cōpetet.

¶ Cōdictiones generales ſemper in pa⸗
ctionib⁹ includuntur ꝛ intelligūtur:
vtpote ſi de⁹ voluerit: ſi res in eodem
ſtatu permanſerit: et ſimilia: vt not. in
glo. verbi intelligenda. de reſcrip. c. ii.
ꝛ c. quemadmodum. de iureiur. cum
ſimilibus. Et not. q̄ cōdictio in lega⸗
tis nō retrotrahitur ſꝫ Bar. in. l. i. §.
ſerui. ff. ad ſille. ꝛ pro ſua opinione fa⸗
cit tex. in. l. ſi filiefamilias. ff. ex q̄. cau.
in poſ. ca. Bal. tamē cōtra: ꝛ dicit q̄d
ille caſus. §. ſerui eſt ſpecialis. ergo in
cōtrariū eſt ius cōmune. ꝛ pro iſta opi
nione facit. l. ſi fili⁹. ff. de verb. obl. Sꝫ
iſti legi poſſet reſpōderi q̄ loqͮt in
cōtractibus: ſecus in vltimis volūtati
bus: vt in. d. l. ſi filiefamilias.

¶ Conditionalis ſtipulatio. require. i. ſti
pulatio. Et ponunt tales verſus de cō
ditione. Si ius dicet: ſi res peioꝛaret ti
metur. Si ꝑ tranſ. detur: ſi ſoluēs cer⸗
tus habet. Si res furet: res ſine duplā
do leget. Si non debetur: ſed pro de⸗
bito numeret. Si quid ſoluet. his ca⸗
ſibus non repetetur.

¶ Condicere eſt rem ſuā in iudicio pete⸗
re: perſonam pulſando: vel inquietā⸗
do: ꝛ ipſam dicēdo obligatā ſibi eſſe
ad aliq̄d dādū vel faciendū. Unde di
cit indebiti condictio. ꝛ tractū eſt hoc
v̄bū a veteri obſeruatiōe: q̄ꝛ olim erāt
in vſu ſolēnia v̄ba q̄ opoꝛtebat actoꝛē
cū litigabat coꝛā iudice cōdicere. i. ſi⸗
mul dicere qn̄ litigaret: vt ſi caderet a
ſyllaba: caderet a tota cauſa. Et q̄ꝛ in
ꝑſonalibus actionibus hoc obſerua⸗
bat: idō ꝑſonales actiōes dicebant ꝯdi
ctiōes. Deide p̄fata ſolēnitas in diſ⸗
ſuetudinē trāſiit: hoc tn̄ nomē adhuc
remāſit vt ꝑſonales actiōes adhuc di
cantur ꝯdictiōes: q̄uis nō ſit neceſſe
hāc ſolēnitatē obſeruare: ꝛ hec verba
cōdicere. Et ex hoc dat intelligi q̄ cō
dictio nō eſt aliud niſi ꝑſonalis actio.
Et ꝯdicere apud antiquos erat taleꝫ
formā verboꝛum vt condictionē in⸗
debiti: vel cōdictionē ob cauſam da⸗

Ayuntamiento de Madrid

torum: vel ſimilem formam verborū tanq̄ nomē actionis exprimere: quod hodie ſublatū eſt. Uerū hodie res pro prieno cōdicitur niſi a fure: q2 nemo cōdicit rem ſuam niſi a fure. §. idez iu lianus. i. l. ſi duo patroni. ff. de iureiu. Aliter etiam ſumitur conditio in titu lo de cōditio. appo. Et differunt cōdi ctio facti: ꝛ condictio iuris in teſtamē tis: vnde cōdictiōes facti dicunt que apponunt a teſtatore ſiue ſint ꝯdictio nales ſiue poteſtatiue. Et vocāt facti q2 habēt volūtatē teſtatoris q̄ ē facti: q2 oēs potētie anime. ſ. volitiua: appe titiua: cōcupiſcibilis: ſunt facti: vt i. l. bone fidei. ff. de acqui. re. do. et de his not. in. l. multū intereſt. ff. de cōdi. ꝛ de monſtra. vbi illa dicit facti: ſi nauis ex aſia venerit: ſi titi9 ꝯſul factus fuerit. Et illa eſt iuris: ſi quis ſe filiū familias exiſtimet cū paterfamilias ſit. ꝛ ibi hoc intereſt: q2 i cōdictiōe facti nō ſufficit vera exiſtentia: niſi cōcurrat opinio ꝛ ſciētia heredis vt adire poſſit. ſec9 in cōdictionib9 iuris: vbi ſufficit exiſtē tia ꝛ purificatio ſine opiniōe ꝛ ſciētia. Ex quo infert ꝙ miti9 agit cū lege q̄ cū homine. l. celſ9. ff. d arbi. ꝛ. l. multū intereſt preallegata. Itē adde magnā eſſe differētiā inter cōditio. ꝛ ꝯdictio. vt' inſti. de ac. §. ſic nāq3. ff. re. amo. l. re rū amotarū. ꝛ no. C. de pactis. l. legē. ſuper vltimo verbo.

¶ Conducere dicitur ille qui rez aliquā ab aliquo data mercede vel promiſſa accipit vtendaz. vnde. Conducit qui dat: ſed qui locat: accipit illud.

¶ Conducti actio competit ei qui cōdu xit a locāte vel locatore fundū vel pre dium aut domū: ꝛ competit ei ad hoc ꝙ liceat ſibi vti vel habitare in re con ducta. Item eidez competit cōtra lo catorē actio contraria ſi aliquis expē ſas neceſſarias ibidē fecit aut vtiles. Require. ſ. actio.

¶ Cōfeſtim intelligitur cum prius vel q̄ prius poterit. l. ij. §. pe. ff. ad trebellia.

¶ Cōfeſſio eſt duplex: ſcilicet iudicialis: et penitentia is. Et ad hoc ꝙ cōfeſſio iudicialis p̄iudicet: debet habere hec ſex: vnde. Maior ſponte. ſciens. ꝯtra ſe: ius ſit: ꝛ hoſtes. Nec natura negat fauor: aut lis: iusve repugnet. Uide hoc caz allegationibus ſingulorū in glo. c. nos in quem q̄. ij. q. ſ. in v̄bo cō feſſuz. ꝛ de confeſſio. c. ex parte. in gl. ſ. ꝛ in ſum. hoſtien. eod. tit. §. qualiter. Et cōfeſſio iudicialis eſt certa ꝛ clara aſſertio id eſt reſponſio ei9 de quo q̄ rit in iure corā legitimo iudice facta. Et fit in iure tripl'r: ſcz ore: facti euidē tia: ꝛ interpretatiue: ſcz contumacia. c. null9 dubitet. de preſump. Et preiu dicat dū fit in iure: id eſt in iudicio co raz iudice cōpetente: ꝛ aduerſario p̄ ſente: quod intelligitur per dictionez hoſtis. ſ. poſitaz. Itē fit per lit. conte. nec ſit cōtra naturaz: vt euz occidiſſe q̄ viuit. nec de re litigioſa: nec n cau ſa fauorabili: ſm Ber. in gl. prealleg. Et cōfeſſio facta i penitētia ſacerdoti nō facit fidē corā iudice ſeculari. C. de epi. aud. l. archigerōtes. ꝛ ibi p doct. Sicut nec p̄iudicat ꝯfeſſio extra iudi ciū facta niſi cauſa adijciat: vt ꝯfiteor me debere tibi cētū ex cauſa mutui. C. de nō nume. pecu. l. gñaliter. gl. no. iij. q. ix. c. teſtes. §. de his.

¶ Confeſſoria actio. Require. ſ. actio cōfeſſoria.

¶ Confinia dicuntur ea que adeo ſibi p̄ xima ſunt vt nullus medius paries in terponat: ſed vrbana parietib9 diſtin gui cōſueuerunt. Et ideo vbi nō poſ ſunt dirimi fines occaſiōe cōtrouer ſiarū finitimorū permittitur iudiciū finium regundorum. i. dirimendoruz vel ſeparandorum: quo caſu opus eſt vt' ex alterius predio alij adiudicādū ſit: ꝛ is cui adiudicatur: pro eo qd ei adiudicatur: certa pecunia cōdemnā dus eſt. actio enim fini. regūdoruz ha bet locuz in ruſticis predijs tantū: in vrbanis autē predijs locū habere nō poteſt: quia vrbana p̄dia ſibi nō ſunt confinia: ſed magis dicunt vicina. ff. fi. regun. l. iiij. §. hoc iudicium.

¶ Confiſcari eſt fiſco applicari: vel in fi ſcuz induci: vnde fiſcus eſt regius ſac cus in quem reducūtur bona dānato rum ꝛ proſcriptorū. Unde dicitur. Fa cta eſt omnium bonorū cōfiſcatio. Et

Ayuntamiento de Madrid

caſus in quibus poſſunt bona alicui⁹
cōfiſcari poſt morteȝ ſuam: vide glo. ⁊
docto. i. l. fi. C. ad. l. iuli. maieſtatis. Et
qualiter formabitur ſentētia: eſt gl. in
ſti. de heredi. que ab inteſtato. §. ꝑ cō
trarium. Caſus autem in quib⁹ poſſit
quis incarcerari: notat Bar. i. l. ſ. ꝺ cu
ſto. ⁊ exhi. reo. C.

¶ Conniuere eſt oculos claudere. et in-
terdum ponitur ꝓ diſſimulare: vel ꝓ
parum dormire: vt cum dicitur conni
uentibus oculis. Quādoq̨ cōſentire
vt conniuēs conſentiens dicitur. Un
de. Qui mihi conniuet: oculis ſignuȝ
mihi prebet.

¶ Compenſatio ſm Azo. in ſum. eodem
titulo eſt debiti ⁊ crediti adinuicē: id
eſt ab vtraq̨ parte inter ſe ꝯtrahentes
contributio. Dicitur enim cōpēſatio
quaſi cōmunis pēſatio: ac ſi aperte di
cat lex: non eſt niſi in pōderibus ⁊ quā
titatibus cōpēſandis. vel eſt debiti ad
debitū hincinde facta deductio: vt de
beo tibi. xl. tu mihi centum. dū peto a
te centum: tu deducis. xl. ⁊ nō recipit
permutationē ſpeciei ad quantitatē.
ff. de leg. ſ. l. ſed ſi certus. ⁊. l. ſi cōuene-
rit. ij. in princip. ff. de pigno. act. vt de
poſui pecuniā in ſacculo in centū du
catis depoſitarius mihi totidē cōmo
dauit: ⁊ nō pōt tenere ſacculuȝ me pe
nitēte: licet Bar. Pe. ⁊ Cy. ꝯtra facit.
C. depoſiti vel commo. l. fi.

¶ Comparare ⁊ emere differunt: vt no. l.
illam. ff. de contrahen. emp. ⁊ vend. et
l. iiij. C. de rerum permu.

¶ Compilare leges ſiue componere eſt
leges ab alijs ſcriptas in vnū volumē
redigere.

¶ Compita dicunt loca vbi plures vie
cōueniunt ſimul: vt. xij. q. ij. de viro. in
prin. ibi. per abrupta itinera ⁊ cōpita.

¶ Compromiſſari⁹ dicitur cui ſimplici-
ter vel ad tempus committitur vt eli-
gat vice eorum q̄ compromittūt. vt ex
tra de elec. c. quia propter. Hec eſt ꝑ
omnia ideȝ arbiter ⁊ compromiſſari⁹
ad eligendū datus: vt ibidem. c. ſicut
cum per formam. ibideȝ de re iud. cuȝ
ab vno lib. vi.

¶ Compromiſſum. i. arbitrium.

¶ Compromittere eſt cauſam executoriā
vel excutiuā ad dictamen arbitroruȝ
dare: ⁊ ſm dictamē recte rationis pro
vtraq̨ ꝑte appoſita explicari ab ipſis.

¶ Conchylia a concha dicunt: inde con
chylegulus legens cōchas vel cōchy
lia. C. de murile. l. q̄ auteȝ patre. lib. xi.

¶ Coniugium idē eſt qꝺ matrimoniū. ⁊
dicitur coniugium: q2 cōmuni iugo ⁊
equali coniuges vitam trahere debēt
licet aliquando diſpari tractu.

¶ Cōijcere eſt ꝑpendere vel preſumere.

¶ Conſequēs id eſt cōforme. iuſti. de do
na. §. eſt et aliud.

¶ Conſequentia literarum dicitur cōſe-
quēs ordo ſcripture: ſcilicet quando
ſcribit ſine titello vel titulis id eſt ſine
omni abbreuiatiōe. Et dicitur tenor li
terarum: ſeu tenorem dicimus textuȝ
literarum: q̄uis titellis ſcribatur.

¶ Conſenſus ⁊ autoritas tutorū. requi-
re. s. autoritas preſtāda. ⁊ cōſenſ⁹ eſt
q̄druplex: ſcȝ negligētie: cōſilij: coope
rationis: ⁊ autoritatis: aut palliatiōis
vel defenſiōis. Et primo ⁊ ſcꝺo cōſen-
tiēs min⁹ punit q̄ faciēs: tertio equa
liter: quarto vero pl⁹. vnde. Cōſenſus
ſpernit: ſuadet: iubet atque tuet. Hic
min⁹: ille min⁹ luit: hic equaliter: hic
plus. De hoc gl. optima in. c. ſ. de offi.
deleg. ſuper verſi. pari pena.

¶ Conſiliarij dicuntur eo q̨ alter alteri
ſuum prebeat conſilium.

¶ Conſilium eſt tractatus conſulum. Et
cōſiliū a grauibus ⁊ expertis eſt requi
rendū. ſ. q. i. eſtote. Et qui fraudulen-
ter dat cōſiliū: tenet de dolo. ⁊ ꝯtra eū
agi poteſt. Et dicit a cō. id eſt ſimul. ⁊
ſales ſalium: quia non eſt precipitan-
dum conſiliū. l. diſtinc. ponderet. ibi.
Nos enim tēpore indigem⁹ vt aliq̄d
maturius agamus: nō precipitem⁹ cō
ſilia ⁊ opera noſtra: neq̨ eorū ordinē
corrumpamus. Item conſilium dicit
hominis intentio ſeu ꝓpoſituȝ: vt. ff.
eo. ſi quid fur. §. ſ.

¶ Conſiliū eſt conuent⁹ aliquoꝝ tractā
tiuȝ arduas cauſas totaȝ chriſtianita
tem concernētes. Et dicitur a ꝟbo cō
calare. i. ꝯuocare. Vel a cōi intētiōe di
ctū eſt: eo q̨ exiſtētes in cōſilio: i vnū

Ayuntamiento de Madrid

dirigant omnem mētis obtuitū. Uel
dr quaſi conſidium. ꝺ in.l.litteram trāſ
eunte.xv.diſti.c.ſ. Ubi etiam ſynodus
cetus et conuentus exponitur. Et ibi
de quatuor cōciliis in quibus dānati
ſunt heretici.de fide catho.ꝛ ſum.tri
ni.perperam ſentientes.

¶ Conſiſtoriani. Require.ſ. comites.

¶ Conſiſtorium idem eſt qꝺ pretoriū vel
tribunal: locus ſcilicet in quo ius red
dif ex more. Et eſt vulgare italorū ſeu
lombardorū.cle.paſtoralis.de re iudi.
ij.q.vi.anteriorum.de appella.ex inſi
nuatione. Et dr a conſiſto conſiſtis.
Heſter.v.c.in pncip. Sedebat ſup ſo
lium ſuum in conſiſtorio palatij.

¶ Conſtitutio ſpeciali vocabulo dr impe
ratoris vel alterius principis qui con
ſtitutionē facere pōt.ꝛ deſcribitur ſic.
Eſt ius relatū in ſcriptis redactū. Ul'
ſꝫ Hoſ.eſt ius ſcriptū.di.ſ.§.cū itaqꝫ.
Dicitur autem conſtitutio quaſi cōe
ſtatutū. Nā papa cū fratrib9 ſuis car
dinalib9: ꝛ ceteri plati cū capitulis et
canonicis ſuis ꝯſtōnes faciūt.de ſen.
excō.inter alia. Et de his que fiunt a
prela.per totū. Itē legat9: ſynodus p
uincialis: ſynodus epalis: pnceps cū
proceribus: prefectus ptorio: popul9
roman9: collegiū approbatū: capitu
lū facere pſit cōſtitutiōes ſm Hoſ.in
ſum.eo.tit.§.nāqꝫ papa. Et ſunt qua
tuor virtutes ꝯſtōnum: vñ. Quatuor
ex his vtutes collige legis. Permit
tit: punit: iperat atqꝫ vetat. Nā pmit
tit vt vir fortis petat pmiū. Punit ſce
lera ꝛ delicta. Imperat ꝛ pcipit vt ſta
tuta canōica ſeruēt: vt clerici regula
re ppoſitum ꝛ honeſtum habitū deſe
rentes: continēter ꝛ caſte ſtudeāt viue
re. Prohibet clericos ſecularibus im
miſceri negotijs. Et cōſtitutio cōſulit
que virtus pōt cōprehendi ſub pma.
nam qui conſulit ſatis permittit.

¶ Cōſtitutor dr qui pro alio ſe ſoluturū
pmittit: vel aliqua facturū: ꝛ alterius
in ſe trāſfert vel ſuſcipit obligationeꝫ.

¶ Cōſtituere pōt quilibet qui ſe pro alio
obligaturum pmittit: vel obligat ſm
Azo.in ſum.de conſti.

¶ Conſpiratio eſt quedam fraudulenta
confederatio facta in preiudicium ali
cuius perſone vel dignitatis.xxij.q.ij.
ſi quis laic9.ꝛ eſt palea: ꝛ dr a ſimul ſpi
rando: qñ ſcꝫ plures ſpirant flant: ꝛ tē
dunt in vnum. ꝛ fit ſine iuramento: a
ſpiritu ſuperbie et elationis: ꝛ omnis
talis eſt illicita ſm gl.in.c.exhibita.de
iudi. Eſt tñ quandoqꝫ licita: iuſta et
approbata: vt ſi canonici cōſpirēt de
non obediēdo prelato excōicato: vel
de non eligendo indignū.in dubio tñ
preſumitur illicita.vide.xi.q.iij.c.con
iurationem.ꝛ.c.conſpirationū. Nam
cōiuratio eſt plurium in vnū iuratio.

¶ Cōſobrini dicunf duarū ſororū filij: qſi
cōſororini dicti.l.ꝯſobrinorū.C. vnde
legit.in gl.ſ. Etiā poſſunt dici ex duo
bus fratribus nati: lꝫ proprie dicātur
fratres cōſanguinei vel patrueles.in
ſtit.de gra.§.qrto gradu.ꝛ.§.plerūqꝫ.

¶ Conſortes eiuſdem litis dicuntur illi
qui ſimul agere vel cōuenire poſſunt.

¶ Conſortiū idē eſt qꝺ matrimoniū: ꝛ dr
qꝛ ois ſocietas inter eos excōicari dꝫ.
vt no.p gl.i.§.ſunt ꝛ alie.iſti.de nupt.

¶ Cōſul olim dicebaf ſenatus magiſtra
tus.vt.ff.de ſena.ꝛ inſtit.de in.nat.gē.
ꝛ ciui.hodie tñ cōſul ſumitur a conſu
lendo: qꝛ reipublice conſulit. Exactis
eñ a romana ciuitate regib9 cōſtituti
ſunt ꝯſules vt reipublice cōſulerent.

¶ Cōſularis dr vxor ꝯſulis: qꝛ femine nu
pte clariſſimis viris clariſſimarū p o
narū nūero ꝛ noie cēſenf ſeu ꝯtinenf:
vt.ff.de ſenat.l.femine nupte. vt dixit
gl. Femine choruſcāt a radijs marito
rū.vt iaut.ꝺ ꝯſuli.§.hoc itaqꝫ.col.iiij.

¶ Cōſult9.i.iterrogat9.ſic.ff.de pac.l.itē
qꝛ.vñ. Cōſulo te: qro tibi ꝯſulo: ꝯſiliū
do. ꝯſultor poſcit qꝺ ꝯſult9 bñ noſcit.

¶ Cōſultatio dicitur in qua alicui papa
de iure reſpondet. Et nota qꝺ ꝯſultus
pōt vēdere conſiliū ſuū: ꝛ aduocatus
iuſtū patrociniū: nō tñ iō iudex ſniaꝫ
vēdere pōt.c.ſane.xiiij.q.v. lꝫ ꝯtrium
videtur dicere glo.in.c.non licet.xi.q.
iij.dicēs. Si doctor ſine reuolutiōe li
brorū poteſt conſulere: tūc gratis de
bet facere.ſed iſta gloſ.non recipif ho
die a doctorib9: quia ſic doctor ſubti
lis ꝛ memorioſus minoris eēt reputa

Ayuntamiento de Madrid

tionis ꝙ̄ groſſus ⁊ obliuioſus: vt ptꝫ:
ſꝫ hoc eſſet incõueniẽs: vt not. in. c. in
nomine domini. de teſti.

¶ Cõteſtatio litis ſm̄ Hoſt. eo. ti. eſt fun
damẽtũ iudicij ꝑ petitionẽ in iure ꝓ-
poſitã: ⁊ cõgruã rñſionem ad eã ſecu
tam a ꝯ cõteſtãdi litẽ facta narratio:
quo omiſſo: inanib⁹ vexanꝰ laborib⁹
⁊ expẽſis litigãtes. vel eſt actoris nar-
ratio ⁊ rei rñſio i iudicio facta. vel ſm̄
Goff. eſt hincinde apud iudicẽ nego
tij principalis facta narratio ꝑ princi-
pales ꝑſonas: nõ per aduocatos: niſi
forte ꝑ̃ncipales adeo fuerit idiſcreti:
vt eoꝝ defectus de licẽtia iudicis per
alios ſuppleaꝰ. ⁊ litis conteſt. ꝑpetuat
iuriſditionem. de offic. delega. ⁊ debet
precedere receptionẽ teſtium: niſi ⁊c.
c. qm̄. vt lit. non conteſta.

¶ Conteſtari litem patet ex dictis.

¶ Conſumptum vel ꝯſumptio eſt ratio:
vcꝫ quando dictio vel ſyllaba abradi-
tur: ⁊ alia ſcribitur.

¶ Contignatio dicitur lignoꝝ vel tigno
rum vel aliarum rerum cõiunctio. Et
qñq; dr̃ tegmen. vnde duo edes dicun
tur eſſe ſub vna cõtignatione hoc eſt
ſub vno ⁊ eodem tegmine.

¶ Conſuetudo dicitur ius quoddã mo-
ribus. i. aſſiduis actibus inſtitutũ: qḋ
ꝓ lege ſuſcipitur cum lex deficit. ſ. diſ.
conſuetudo. Que eñ in ſcriptis reda
cta eſt vocatur lex ſiue ꝯſtitutio. q̃ an-
tẽ in ſcriptis nõ eſt retinet nomen ſuũ
ꝯſuetudo. di. ſ. §. cũ ergo. Vel eſt vſus
rõnabilis ꝯpetẽti tp̄e cõfirmat⁹: nullo
actu contrario interruptus: freq̄ẽti
ſeu cõtradicto iudicio: vel tp̄e cui⁹ nõ
extat memoria introductus: vſuq; cõ
muni vtẽtiũ approbat⁹. c. fi. de ꝯſue. ⁊
ſi dꝫ ꝑ̃iudicare iuri cõi vel ſpeciali re-
quiriꝰ ꝙ ſit nõ erronea: nõ ꝯtra ius di
uinum: rõnabilis: ꝑ̃ſcriptibilis: ꝑ̃ſcri-
pta ſciẽte populo introducta: q̃ maior
pars populi vtiꝰ: ⁊ qua vtẽs intẽdit ſi
bi ius acquirere: quã etiã rõ ⁊ veritas
ſemꝑ excludũt. diſ. viij. c. veritate. vbi
dr̃. Nemo conſuetudinẽ rationi ⁊ ve-
ritati ꝑ̃ponat. Nã dñs dicit. Ego ſuꝫ
veritas. nõ ego ſum ꝯſuetudo. ea diſt.
c. ſi cõſuetudinem. ⁊. c. qui cõtempta.
☞ Et dr̃ cõſuetudo q̃ſi cõis aſſuetudo.
gl. inſti. de iu. na. gen. §. ex nõ ſcripto.
⁊ ad hoc ꝙ ꝯfirmata ſit requiriꝰ vſus
decẽ annorũ. vt. ff. que ⁊ a q̇bus ma. li.
non fi. l. ſi cum fideicõ. §. ariſt.

¶ Conſanguinitas eſt attinẽtia ꝑſonarũ
ex eo ꝓueniẽs ꝙ vna deſcẽdit ab alia:
vel ambe ab eadẽ: vel ẽ vinculũ ꝑſona
rũ ab eodẽ ſtipite deſcendẽtiũ carnali
ꝯpagine ꝯ̃ctũ. Vel eſt ꝯnẽtio vni⁹ ꝑſo
ne ad aliã: ꝓueniẽs ex parentela: et dr̃
ꝯſanguinitas quaſi ſãguinis vnitas.

¶ Conſeruator eſt iudex datus ad defen
dendũ aliquos ꝯtra manifeſtas iniu-
rias: iudiciali idagine nõ vtẽs. ff. de of
fi. deleg. c. ſtatuim⁹. li. vj. Et nõ ſunt ni
ſi ep̄i vel eorũ ſuperiores: abbates: vel
dignitates: aut ꝑſonatus in cathedra
libus eccleſijs obtinẽtes. de offi. dele-
ga. c. vlti. lib. vj. vbi ponitur differẽtia
inter conſeruatorem et delegatum.

¶ Conſenſu dr̃ obligatio cõtrahi: velut
in emptiõe: locatione: cõductiõe: per-
mutatiõe mãdati ꝓ ſocio ⁊ ſimilibus.
In quibus dr̃ ideo obligatio cõtrahi
cõſenſu: q2 abſq; eo ꝙ res in ꝑ̃ſenti da
tur hincinde naſciꝰ: ⁊ erit actio ⁊ obli
gatio vtilis ⁊ efficax ad agendum.

¶ Complexus vel copulatio dr̃ plurium
in idẽ in vnitate ſermonis cõiunctio.
Et fit ab hoie vl̃ a lege. Ab hoie fit tri
pliciter: vt. l. triplici. ff de ver. ſig. Nã
aut eſt cõplexus vel copulatio noium
tantũ: ſcꝫ verbis: qñ vnum nomen ſe-
quitur aliud immediate cũ copula vel
ſine. verbi gratia. Titio et Seio lego
fundũ pro equis portionibus. l. re cõ-
iuncti. ſ. rñ. ff. de le. iij. ibi: inſti. nõ ſunt
re coniuncti: ſed verbis tantũ: q2 vnũ
ſequiꝰ aliud imediate cũ copula: ⁊ idẽ
eſſet ſi ſine copula: q2 tunc intelligiꝰ. l.
triplici. preall. in. §. videam⁹. Aut ſm̄
rem tm̄ qñ per rem tantũ fit ꝯplexus:
vt titio lego fundũ: ⁊ eundẽ fundũ me
uio lego. l. prealle. re coniuncti. in ꝑ̃n.
Aut tertio re ⁊ verbis ſimul cõplectẽ-
do res ⁊ noia: vt Titio ⁊ Seio lego fũ
dũ ſemproniũ: vbi Titius ⁊ Sei⁹ ſunt
cõiuncti verbis: propter verbũ cõple
xum: ⁊ re: q2 eadem re copulantur. Et
ſic teſtator cenſetur cuilibet inſolidũ

Ayuntamiento de Madrid

legaſſe eã rem: vt. §. ſi eadẽ res. inſtit.
de leg. Et ex cõplexu predictis modis
facto habet hec dr̃ia: qr ex cõplexore
tm̃: vel re ⁊ verbis: ſi vnus cõiunctoꝝ
deficit vel qr repudiat: vel aſs nõ ad-
mittit in perpetuũ: vel interim aliter
non in totũ admittit: iure non accre-
ſcendi. l. ſi ſeparatum. ff. de cõdi. ⁊ de-
mon. Nã non poteſt partem agnoſce
re: ⁊ partem repudiare. l. neminem. ff.
de leg. ij. ⁊. l. vnica. §. ſin autem ad de-
ficientis perſonã. C. de cadu. tol. ⁊ res
in ſolidũ cuiq; aſſignat. d. l. vnica. §. ſi
vero. Sed in coniunctis verbis tm̃ ſi
vnus coniunctoꝝ repudiat vel alias
deficit: alter admittit ad partem defi-
cientis iure accreſcẽdi: ⁊ cũ onere im
poſito: ſocio deficiente: vt. l. plane. §. ſi
cõiunctim. ff. de lega. j. ⁊. l. vnica. §. ne
aũt huc. de cad. tol. p̃alle. Itẽ ſi ſociꝰ
interim nõ admittit: ſed ſpes eſt quod
admittat. alter iterũ ad hanc partem
non admittitur. l. ſi duobus. in princ.
ff. de leg. j. ſunt ⁊ alie differentie ex cõ-
plexu vel coniunctione prouenientes
ꝫ. de q̃bus in tractatu de verbo. ſigni.
qui incipit verbũ. Finaliter ergo cõ-
plexus vel coniunctio ſignificat diuer
ſimode: ſecundum quod ſunt coniu-
gendi modi: vel quod vis aliud ſigni-
ficatum ſignificare declarat.

¶ Coniunctio autem legalis dicitur que
lege inducitur: ⁊ ſignificat id qđ ipſa
lex vel alia ex ſuis vel alteriꝰ legis aut
verbis aut aliter quocunq; modo ſi-
gnificare debeat.

¶ Cõtractus eſt duorum vel plurium in
idem conſenſus. Et ponitur qñq; pro
omni pacto. conuentione vel quaſi cõ
tractu: vt ſi quis geſſit alterius nego-
tia vel tutelam. de hoc vide Archi. in
§. contrahentes. c. romana. de for. cõ-
pe. li. vj. in glo. verbi mittis. Ideoq; di
cimus q; paciſcendo diuerſas in vnũ
trahimus volũtates. vñ emptiones:
cõductiones ⁊ ſimilia contracta dici
mus: que omnino obligationis ex cõ-
tractu naſcuntur. Et nota quod etiaꝫ
alique obligatiões dicunt oriri ex q̃ſi
contractu: in quibꝰ fingitur tacite cõ
ſenſus interceſſiſſe: dato q; non inter-
ceſſerit expreſſe: vtpote heres adeun-
do hereditatẽ obligat creditoribꝰ he
reditarijs: ⁊ legatarijs. Et in pluribus
alijs caſibus. de quibus. ſ.

¶ Contrahẽda emptio. ſm̃ Azo. eo. ti. cõ
trahitur ſolo conſenſu.

¶ Cõtractus etiam eſt nomẽ iuris qñ na
ſcitur obligatio: ⁊ eſt nomen facti qñ
non naſcitur obligatio. l. labeo. §. con
tractũ. ff. de ver. ſig. ⁊ ibi per Bart. ſi-
cut in ſimili dicimus de teſtamẽto. l.
tabularũ. ff. quemad. teſta. aper. ⁊ ſm
alios in aut. ſacramẽta puberum. C. ſi
aduerſus ven. Et in ſuo gñali nomie
contractus ꝑlatus continet tã inno-
minatos q̃ noiatos ꝯtus: vt eſt glo.
ſuper verbo in ſuo noie. in. l. iuſgẽtiũ.
ff. de pac. Et hoc vꝫ pro ſtatutis. Bal.
not. triplicem eſſe contractum. ſ. pro-
prium: impropriũ: ⁊ improprijſſimũ.
Primꝰ eſt quando vltro citroq;: id eſt
hincinde ex vtraq; ꝑte orit obligatio.
§. contractum. in. l. labeo. p̃allega. vt
in emptione ⁊ locatione. Secundus
ſcꝫ impropriꝰ eſt qñ ſolum vna pars
obligatur. vt in donatione ſolum do-
nans ad tradendũ: ⁊ aliqñ de euictio
ne: vt no. l. ariſto. ff. de dona. cau. mor.
⁊ in mutuo ſolũmodo recipiens obli-
gatur ad tantundem reſtituendũ. ff. ſi
cer. pet. l. ij. Et in ſtipulatione qñ ſolũ
modo vna pars obligat: nã tũc nõ eſt
ꝓprie contractus. ⁊ ita intelligit gloſ.
inſtitu. de diui. ſtipu. §. conuentiona-
les. que ſuper verbo contrahendarũ.
Tertius. ſ. improprijſſimus eſt qñ ex
nulla parte oritur obligatio: ſed potiꝰ
diſſoluitur obligatio facta vt eſt trãſ-
actio facta nudo pacto ex qua nõ agi
tur ante cõplementũ conditionis. de
hoc Sal. in. l. ſiue apud acta. C. de trãſ
actio. vt etiã eſt liberatio per accepti-
lationem. inſtit. quib. mod. tol. obli. §.
ſ. ⁊ in. l. vbi pactum. C. de tranſact. per
Bar. Et ergo ſi ſtatutũ facit mentio-
nem de contractu intelligit de ꝓprio
tm̃: qr verba ſtatutoꝝ ſunt ꝓprie intel
ligenda. l. ſ. §. ſi igitur qui naueꝫ. ff. de
exerci. act. niſi diceret omnem contra
ctum. vt in glo. §. contractum. p̃alle
ga. Item contractus appellatione.

Ayuntamiento de Madrid

telligitur de validis nō de inualidis: vt in aut. ſacramēta puberū. prealleg. ⁊ contineƒ instrumento. ff. de duo. re. l. eandē. Jtem contineƒ donatio. C. qd met. cau. l. ſi donationem. Et gñaliter omne illud ex quo naſcitƒ obligatio appellatione cōtractus intelligiƒ. l. ſi ab eo. ff. de leg. ij.

¶ Contumax a contemnendo dr. Et ſm Jſid. eſt q̄ cōparere dʒ in iudicio: ⁊ nō cōparet. Et dr q̄ñq; vere: q̄ñq; ficte: vł preſumptiue. Uere contumax dicitƒ q̄ expreſſe dicit iudici vel eius ſeruienti ſcʒ nuntio ipm citanti qd non comparebit coram ipſo: vel qui dum comparet illicentiatus recedit. Ficte vero cōtumax eſt qui citatur: non tamen venit vel latitat. aut facit qd citatio ad ipſum non veniat: aut eum non apprehendat: vel qui vocem iudicis audire negligit. Sed iſto vltimo caſu potius dicitur vere contumax.

¶ Contumacia eſt erga iudicem vel prelatū cōmiſſa inobediētia. Et eſt multiplex. Aliqñ em̄ cōmittitur in nō veniendo. Aliqñ in nō reſpondēdo. Aliquando in latendo: abſentādo vel ꝓcurando ne ad citatū veniat citatio. Aliquando in non reſtituēdo. Aliqñ in non emendando delictum. Aliqñ in non exhibendo. Unde Hoff. de ſenten. excom. §. excōmunicatio fieri habet. in ſumma. ⁊ Guil. in Specu. ti. de contuma. §. ſ. verſic. ⁊ nota. vbi diſtinguit duplicem contumaciam. Primo ſcʒ veram ⁊ preſumptam. Scdo triplicem: ſcilicet veram: euidentem: ⁊ preſumptam: vt in glo. notabili in clemē. vnica. de do. ⁊ contu. que eſt glo. fi. ⁊ p Jnno. in. c. querelam. de procu. Bar. in. l. fi. ff. de in integ. reſti. ⁊ in. l. conſenſu. §. ij. ff. de appel. Cy. ⁊ Pe. poſt Jac. but. in. l. ꝑperandū. §. ſin autem reus. C. de iudic.

¶ Continue ⁊ continuo non ſemper notatƒ. i. ſtatim: ſed recipit interuallum. ff. de verb. obli. l. ſtipulatus ſum. ff. de ſolu. tua. xvſ. q. iij. volumus. ⁊ per Bar. in. l. celſus. ff. de vſuca. vbi ꝓbatis extremis probatur mediū. Etiam qualiter continue intelligaƒ: ponit Bar. in. l. ſi quis ita. ff. de condi. ⁊ demonſt. Nā qui tenetur cum aliquo continue morari q2 non teneƒ quolibet momento cū eo morari. facit hoc ad queſtionem ſi teſtes debeant ꝓbare q̄ titius decē annis continue poſſedit fundū: ſufficit deponere q̄ viderunt eū omni anno colligere fructus: vel arare ⁊c. lʒ em̄ non continue ſteterunt in conſpectu titij ⁊ fundi: tñ intelliguntur continue per decem annos vidiſſe.

¶ Contradictor quando dicatur legitimus ad contradicendū alicui actui: de mittendo aliquem in poſſeſſionem vide Bar. in. l. a diuo pio. §. ſuper rebus. ff. de re iudi. ⁊ Jnno. in. c. cū ſup. de re iudic. ⁊ Specu. in titu. de actio. §. ſupereſt.

¶ Copulatiua oratio dicitur in qua plura copulantur: vt in omnibus verificetur: ⁊ ideo ad verificationem ipſius omniū concurſus exigitur ex ꝓprio ſignificato. Sed hunc cōcurſum q̄ñq; diuerſimode ſignificat: prout diuerſa materia vel alius quiuis modus ſignificandi ſignificare declarat. v. g. ibi lego ſtichum et pamphilum ſignificat vtrunq; eſſe in ſtipulatione: vel diſpoſitione. l. inter ſtipulātem. §. ſed ſtipulante. ff. de verb. obligatio. l. ſcire debemus. in principio. eodem titu. ⁊. l. quoties. ff. de lega. ij.

¶ Copulatiua etiam q̄ñq; ſignificat concurſum alterius tm̄ prout ex ſignificādi modo concluditur. Et ad veritatē copulatiue requiriƒ vtrāq; partē eſſe veram. ff. de condi. inſti. l. ſi heres. ⁊. l. ſi is qui. ff. de reb. dub.

¶ Conuerſi ⁊ oblati differunt: q2 cōuerſi portant habitum religioſorum: ⁊ ꝓfitentur ſolenniter: ſed nō ſunt clerici: oblati vero portant aliquādo habitū ⁊ aliquando nō: ⁊ poſſunt recedere niſi ſint ꝑpetuo oblati: quo caſu eq̄parātur alijs ꝓfeſſis. Dominicus de ſancto gemin. in. c. per exceptionem. in. ij. colum. de priuilegi. in. vſ. Cardinal. in clementi. vltima. de decimis. Bal. in autenti. ingreſſi in. ij. colum. C. de ſacroſan. eccle. Panor. in. c. noſtra. de ſepul. Felin. in. c. in preſentia. de proba.

Ayuntamiento de Madrid

ſu.ij.col.verſi.ibi obtulit ſe ⁊ ſua.

¶ Conuerſi veniunt appellatione monachorum: ⁊ gaudent immunitate religioſorum. Felin.in.c.non dubium.de ſenten.excom.

¶ Conuitiũ dicitur quaſi cõuocium a cõcitatione vel cõcentu.i.collectione vocum: ſcilicet qñ in vnum plures voces cõferuntur: et iniuriã eſſe labeo ait.ff. de iniu.l.apud labeonẽ.§.cõuitium.

¶ Conuenire eſt ſimul in vnũ locũ venire. Etiam dicitur conuenire qđ alicui competit ſm cõditionem ſuã: vt iſtud conuenit illi. Item conuenire capitur quandoq̃ pro cõuentione.i.pacto ex conſenſu de aliquo faciendo.

¶ Conuenire etiã qñq̃ ſumitur pro aliũ in iudiciũ vocare: vel facere euocari. Itẽ eſt placere. Unde conuenire inter aliquos eſt cõplacere inter eos: vt cõuenit inter te ⁊ me vt des mihi hoc.

¶ Conuenire mihi eſt congruere mihi: vel adeſſe mihi quod me decet et honeſtum eſt.

¶ Conuenire me eſt alloqui me ſuper aliquo facto.

¶ Contubernium eſt matrimonium contractum ⁊ proprie ſeruorum.inſtit.de nup.in gl.ſuper verbo ciues.⁊.l.ſerui. C.de adulte.

¶ Coram no.Pau.in commento.de conſeſ.c.ex parte.de elec.vt circa.li.vj. Et intelligit ita vt preſentes intelligant. ff.de arbi.l.diem.§.forum.

¶ Cornicularij dicuntur illi qui gerebãt cornua vel aciẽ in bello: vel qui in aures iudicum vota pertulerunt ſua.

¶ Cornupeta.require.ſ.bos.

¶ Corona que etiã clerica dicitur eſt ſignum regni ⁊ perfectionis: cũ ſit circularis carens angulo: in ſignũ carentie ſordium: quia vbi angulus ibi ſordes. Se igitur ⁊ alios virtutibus regere: et a ſordibus mundare debent: qui coronas gerunt: ⁊ ſic in deo regnabũt xij.q.ij.duo ſunt.⁊ qũo raſura: tõſura et corona differant: ⁊ quid ſignificẽt. vide gl.in verbo tonſuram.in cle.ij.de vita ⁊ hone.cleri. Et differẽtiam inter diadema: coronam: et ſertum.vide in clemen.vnica.de iureiuran. Et not. q̃ rex Romanoꝝ coronatur triplici corona. Primo ferrea ab archiepiſcopo Colonienſi Aquiſgrani: et ſignificat fortitudinẽ qua vincere debet rebelles: et infideles conculcare. Scđo argentea ab archiepõ Mediolanẽſium in villa Modoetienſi que ſignificat munditiã ⁊ claritatẽ quam talis princeps habere debet. Et hodie vt plurimum datur Mediolani in ecclia ſancti Ambroſij: vbi Henricus de quo loquitur clemẽ.⁊ Sigiſmundus nouiſſime fuit coronatus. Tertio coronatur corona de puro auro a papa in eccleſia ſancti Petri ad altare ſancti Mauricij. Et quia aurũ eſt metallum omnibus excellentius: ſignificat imperatorem alijs regibus ⁊ principibus in potentia ⁊ iuſtitia excellentiorẽ eſſe debere.in glo.clemẽ.vnice.de iureiur.⁊ per Joan.de pla.in proemio inſtit.

¶ Corpore vitiati dicuntur qui ſunt mutilati in mẽbris: vel debilitati proprie: ſicut qui membrũ habẽt: ſed inefficax: vt oculum cecum: manum aridã: crus confractum ⁊c. ſic mutilatus proprie dicitur qui caret aliquo membro.

¶ Corporati.i.collegiati.require.ſ.collegiati.

¶ Corporatus vrbi Romane dicit: qui in aliquo corpore ⁊ pcipue vrbis ſcribitur: ſicut quodlibet mẽbrũ hoĩs dicitur corporatũ vel ciuis factus vel incola: vt.C.li.xj.de pui.cor.vrb.Roma.

¶ Corrogare eſt quaſi ſimul rogare: et ſimul colligere vel adunare.

¶ Corpus quandoq̃ dicitur collegiũ ſiue vniuerſitas: cuius caput eſt prelatus.c.nouit.de his que fi.a pla. Et tale corpus poteſt habere vnũ ſigillum. de excceſ.prelat.dilecta. Dicitur etiam congregatio cuiuſcunq̃ ciuitatis vel ville vel caſtri habere corpus. Item quelibet cõgregatio pro iuſtitia faciẽda: vt cõgregatio ſcabinoꝝ vel totius vniuerſitatis. Itẽ ſocietas cauſa religionis: cui permiſſum eſt corpus habere dꝫ inſtar reipublice habere res cõmunes: ſcilicet actorem ſiue ſyndicum: communem: per quem agere poteſt ⁊c.ff.qđ cuiuſq̃ vni.no.agatur.l.ſ.

Ayuntamiento de Madrid

Item eps cũ caplo ſuo facit vnũ cor-
pus cuius ipſe caput eſt. Sed cũ clero
ciuitatis vel dioceſis non dicit facere
vnũ corpus: ſic nec abbatiſſa cũ cleri-
cis ſuis licz ſit caput: vnũ corpus facit.

¶ Corepiſcopi hi remoti ſunt ab eccl'ia:
vt. lxvij. diſt. §. preſbyteri vero. Et po-
terant cõſtitui in villis vel caſtris: epi-
ſcopi vero non niſi in ciuitatibus: con
ferebant tamen minores ordines.

¶ Corpus etiam vnũ dicitur quod vno
clauditur ſpiritu vt animal. Etiã dici
tur qđ habet partes itegrales ſine ſibi
coherentes: vt domus: vel habet par-
tes diſtantes: vt grex: populus: colle-
gium: ſm Bar. de exceſ. prela. lib. vj.

¶ Corruptela eſt peruerſa cõſuetudo ſa-
cris canonibus inimica. de conſue. c.
cum venerabilis. ⁊ de vi. ⁊ hone. cleri.
cum decorem ⁊c.

¶ Corcuuia dicitur morſum freni: vel ſm
alios illud quod come equi imponit
vt carnef. C. nulli licere in fre. ⁊ eque.
ſellis ⁊c. in lib. xj. ſm Accur.

## ¶ De C ante R.

¶ Craſſature dicuntur que fiunt a latro-
nibus in itinere dum crudeliter cõtra
tranſeuntes craſſantur. de peni. diſt. j.
a craſſaturis. Et craſſatores ſunt qui
prede cauſa aliquid faciunt: et ꝓximi
latronibus habentur: ⁊ ſunt malũ ni-
tentes: vt eſt tex. iuncta gl. in. l. capita-
lium. §. craſſatores. ff. de pe. ⁊ dr a craſ-
ſor craſſaris: al's graſſor: idq; rectius.

¶ Creditor eſt qui alienã fidem ſequitur
mutuatã pecuniã numerando. Gene
raliter vo creditor dicit qui ex cauſa
quacũq; alienã fidẽ ſequitur. Et dici-
tur ideo creditor: qr credit debitori.

¶ Creta eſt limus vel gleba. l. ſi crete. ff. de
fur. in gloſ. magna. l. j. C. de ſer. fug.

¶ Craſſari eſt quaſi crudeliter gradi ij.
Reg. vlt. Ceſſet interfectio que craſſa
tur in populo. facit. xxiij. q. ij. militare.
ff. de pe. l. capitalium. ad medium. Et
no. Ioã. and. in cle. j. de peni. in verbo
craſſantibus.

¶ Crimen eſt peccatũ querela. i. accuſa-
tione ⁊ damnatione digniſſimum.

¶ Criminum capitales erant carceris cu
ſtodes: qui etiaz ſtratores dicuntur a
ſternendo: qr damnatos pungebant.

¶ Crimen eccleſiaſticum eſt qđ pertinet
ad iuriſditionem eccleſie: vt hereſis:
ſacrilegium: ſimonia: periurium: vſu-
ra: adulteriũ. xij. q. ij. in ſum. lxxv. diſt.
c. j. de foro competẽ. cum ſit generale.
vbi de hoc per doct.

¶ Crimen mere eccleſiaſticũ eſt qđ prin-
cipaliter ortũ a canonibus ſumpſit et
ſolum corã iudicibus eccleſiaſticis co
gnoſci habet: de cuius cognitione iu-
dices ſeculares ſe nullatenus intro-
mittere pñt: vt eſt crimẽ hereſis. Sed
crimẽ mere ciuile per oppoſitũ eſt deli
ctum legibus ciuilibus ꝓhibitũ: al's
in ſe nõ peccatum: vt in ciuitate ire de
nocte poſt ſonũ campane vel ꝯſimile.
Crimẽ vero mixtũ eſt quod ſpectat ad
forum vtrũq;: vt eſt ſacrilegiũ qđ ſpe-
ctat ad forum eccleſiaſticum: ⁊ poteſt
etiam iudex ſecularis de pena eius co
gnoſcere: ⁊ ſacrilegiũ punire: ſm glo.
in vbo audiuimus. in. c. felicis. de pe.
lib. vj. ⁊ de hoc eſt gl. in ſum. xj. q. j.

¶ Crimen leſe maieſtatis eſt vbicunq; qs
cõtra vrbẽ aliquid molit: aut qui pro-
fugit ad hoſtes: vel illos iuuat quali-
cunq; cauſa. ſ. armis cõſilio vel pecu-
nia: vel qui ſubiectas ꝓuincias nitit
facere rebelles: vel ſeditiones: aut bel
la mouet in ciuitate: vel qui prelatum:
magiſtratum vel principẽ occidit: vel
qui cõtra latus eius militat: vel arma
fert ⁊ occupat contra rem publicã. Et
idẽ dicit crimẽ perduellionis. i. hoſtile.
nã perduelliones dicunt hoſtes. Se-
cus ſi cõmittat hoc crimẽ nõ cõtra rẽ
publicã: qr tũc nõ dr ꝑduellionis: ſed
ſimplr leſe maieſtatis. Et no. nõ ſub-
ditus crimẽ leſe maieſtatis nõ cõmit-
tit: vt in. §. rurſus. in cle. paſtoralis. de
re iud. vbi rex Sicilie Robertus nõ eo
modo ſubfuit Henrico imperatori q
crimẽ leſe maieſtatis in eũ cõmiſerit.

¶ Crimẽ hereſis in multis cõuenit cũ cri
mine leſe maieſtatis: ⁊ hmõi ſm cano.
eſt ꝓprie leſe maieſtatis: qr ledit rẽpu.
imperatorẽ etiam diuinũ ⁊ celeſtem.

¶ Crimen ſacrilegij ſm Azo. et ſm. il. ſit



Ayuntamiento de Madrid

ꝓprie qſi ſacrum de ſacro auferṫ. Ac
etiã ſm eum ſi quis nõ ſacrũ de ſacro
recipit: vel ſacrũ de non ſacro. Sed ſe-
cundum. ll. tunc ſacrilegium nõ eſt: q2
qſi res priuate auferunṫ de ſacro tunc
actio furti locũ habet. Hoſti. tamẽ di
cit ꝙ ſi accipiatur ſacrum de ſacro vel
ſacrum de nõ ſacro: ſemper ſacrilegiũ
fit: vt. xvij. q. iiij. quiſquis. verſi. ſimpli
citer. Et ſic ſm. ll. requiruntur duo vt
fiat ſacrilegium. Primo vt auferatur
res ſacra. Scđo de loco ſacro. Quorũ
alterũ ſufficit ſm cano. Sed pone ſta-
tutum eſt ꝙ faciens ſacrilegiũ ſic pu-
niatur: quero an intelligatur ſm ius
ciuile: vel canonicũ. Solutio. Si ſtatu
tum ſit a ciuitate: intelligitur ſcđm le-
ges. l. oẽs populi. ff. de inſtit. ⁊ iure. Si
ſit per epm intelligiṫ ſm cañ. do. Cato
putat ꝙ etiã primo caſu intelligatur
ſm cañ. q2 diſponit de rebus eccleſia-
ſticis: ergo debet intelligi ſm materiã
ſubiectam. l. j. C. de adic. ſucceſ. vbi eſt
caſus a contrario ꝙ gradus cõputan
tur ſm leges: exceptis cauſis mrĩmo-
nialibus. ¶ Querit idẽ do. Cato. Sa-
cerdos dicit miſſam in domo laici di-
miſit ibi calicẽ: qui ſubtractus eſt: an
cõpetit actio furti: an ſacrilegij? nõ ſa
crilegij: q2 de iure ciuili nõ eſt ſacrile-
gium rẽ ſacrã de loco nõ ſacro aſpor-
tare. Nec actio furti: q2 calix eſt res ſa
cra: q̃ in nullius bonis eſt. Dicit Ra.
ſulg. cõpetere actionem furti: quia ta
lis eſt in domo dei: cuius loco dñs do
mus intentare poteſt actionem furti.
et forte quilibet hoc poſſet. ff. de inſti.
et iure. l. j. §. huius ſtudij. ⁊ etiã in ver-
bo ſacerdotes. Sed de iure cañ. inten
tatur crimen ſacrilegij.

¶ Crimen peculatus ſm Azo. eo. ti. locũ
habet pro pecunia publica itercepta:
vel quocũq; modo cõtaminata: vt ſi
in aurum vel argentũ vel es publicum
aliquis ferrũ vel ſimile aliquid indu-
cat. i. adijciat. Idẽ eſt in ſacra re. vt in
vaſis eccleſie. idem eſt in religioſis: vt
in ornamentis ſepulchri ⁊c.

¶ Crimen ſtellionatus ſm Azo. eo. ti. di-
citur a quodã aiali reptili qđ dicitur
ſtellio: ⁊ eſt quaſi ſimile ſerpẽti ſtellio-



natum: quaſi diuerſis coloribus pi-
ctum: ſicut celum ſtellis. Et cõmittit
hoc crimẽ qui ex varietate animi rem
aliquam alteri pignori obligatã ſiue
pignoratam alij poſtea obligat: ⁊ dici
tur a ſtellione: q2 ſicut ille vermis eſt
varius in coloribus: ſic ille qui cõmit
tit hoc crimẽ eſt varius in ore: ⁊ incõ-
ſtans in mẽte. Deinde tñ illud crimen
locum habet generaliter qſi deficien-
te in criminibus alia ſpeciali actione:
equum eſt alicui ſubueniri cõtra de-
linquentem. Sicut eñi in pecuniarijs
cauſis actio datur de dolo i ſubſidiũ:
ita in criminibus quibuſcunq; vbi ti-
tulus deficit criminis: crimen ſtellio-
natus obijcitur: vt ſi quis vẽdidit tibi
maſſam electri pro argento. vel ſimile:
aut aurichalcum pro auro.

¶ Crimen fraudati cenſus committitur
cum quis furatur publicam pecuniã
ſibi accommodatam.

¶ Crimen fraudate annone eſt cũ porti-
tores furantur victualia a republica
ad exercitum miſſa.

¶ Crimen piaculare eſt quod morte ex-
piatur.

¶ Crimen cõcuſſionis cõmittit qui ꝑte-
xtu officij ſibi cõmiſſi extorquet cõmi
nando aliqđ ab inuito: ⁊ tali crimine
punitur quis pena quadrupli. j. q. vij.
ſancimus. in fi. ⁊ tã laicus q̃ clericus
punitur pena cõcuſſionis. xiiij. q. j. mi
litare. Cuius cõtrariũ tenet gl. in ṽbo
quadruplum. diſt. xviij. §. porro.

¶ Criminũ alia ſunt ꝑuata: vt illa quorũ
executio. i. accuſatio vel denuntiatio
ꝑtinet tantũ ad illos quibus inferunṫ:
vt furta: damna illata: et iniurie. Alia
ſunt publica: quorũ accuſatio datur
cuilibet de populo: qm̃ ad publicã vti-
litatem ſpectat ne maleficia maneant
impunita: vt ſunt homicidia: partici-
dia: adulteria. ⁊ poſt quadrageſimũ
tñ diem: vt. l. iure mariti. C. de adul. Itẽ
crimẽ leſe maieſtatis. Itẽ ſunt quedã
crimina excepta. ſ. ad quorũ accuſatio
nem ⁊ teſtificationẽ etiam laici contra
clericos admittunṫ ſi bono zelo proce
dant: et ſunt iſta: crimen ſimonie: he-
reſis: et leſe maieſtatis: ⁊ ſacrilegij: de



Ayuntamiento de Madrid

quibus vide cõcordãtias in gl. ſum. ij. q. vij. vbi addit crimẽ dilapidationis. ⁊ c. cũ ꝓ. mãconella. de accu. Et no. ꝙ crimẽ dr̃ q̃nq; modis. Primo ſumit̃ ꝓ quolibet peccato: ſiue mortale: ſiue veniale ſit. Scd̃o ꝓ crimine irrogãte infamiã qd̃ eſt accuſatione ⁊ dãnatione dignũ. Tertio ꝓ peccato qd̃ euenit ex deliberatiõe: ſiue mortale: ſiue veniale ſit: qd̃ nõ delet̃ niſi ꝑ penitẽtiã. Quar- qd̃ ſemel cõmiſſum ſufficit ad cõdemnationem non tñ infamat. Quinto ꝙ irroget perpetuã infamiã: vt not. xxv. diſt. c. vnũ oratiũ. §. nunc aũt. et. lxxxi. diſt. apl̃s. vnde. Si quilibet eſt peccator: nõ tamẽ quilibet eſt criminoſus.

¶ Chriſma fit ex duob⁹ liq̃rib⁹ ſcʒ oleo: ꝑ qd̃ puritas mẽtis ⁊ nitor ɔſcie intelligit̃: ⁊ ex balſamo: ꝑ quẽ odor fame figurat̃: vt eſt tex. i. c. vnico. d̃ ſacra vnctio.

## ¶ De C ante V.

¶ Cubicularij dicuntur ſerui qui cubiculum domini ſui procurant.

¶ Cubicularij officiũ quid ſit: ⁊ an ſit dignitas. vide Bart. in. l. i. C. de prepo. ſacr. cubi. lib. xij.

¶ Cubitus ꝓprie eſt mẽſura pedis cũ dimidio: vt i hiſtoria ſcholaſti. ſup Geñ.

¶ Cullei ſunt ſacci de corio. ff. de pig. act. l. vlt. §. fi. ⁊ C. de his qui patrem vel fi. occi. l. vnica. Et ꝓceſſit illa pena a Tarquinio rege Romanoꝝ: vt ptʒ apud Valerium maximum. lib. i. c. xiij.

¶ Culpa: dolus ⁊ fraus quomodo differant no. l. diit. §. dolus. Itẽ quotuplex ſit culpa: que ſit leuis: leuior ⁊ leuiſſima: itẽ que lata ⁊ latior. vide per Bar. latiſſime in. l. qd̃ nerua. ff. depoſi.

¶ Cuniculus eſt riuus directus coopertus: vt eſt gl. in. l. ſupra iter. ff. de aqua plu. ar. vbi dicit̃ ꝙ ille cui debet̃ ſeruitus aque ducẽde ꝑ riuũ poteſt facere cuniculũ. i. de aperto riuo coopertũ.

¶ Curator dr̃ qui curã alicuius gerit defendẽdo ipm a ꝑtore ſm leges legitime datus. Vel ſm alios eſt q̃ res adoleſcẽtis adminiſtrat. Dat̃ aũt ſm eos curator principalr̃ rebus ⁊ ſecũdario ꝑſone: tutor vero primo ⁊ principalr̃ datur ꝑſone: ⁊ ſecundario rebus vel primonio. Et hec eſt differẽtia vna inter tutorẽ ⁊ curatorẽ. Alia eſt differẽtia: q2 tutor dat̃ pupillis itra. xiiij. annũ exiſtentib⁹. Sed curator dat̃ eiſdẽ vlteri⁹ ad. xxv. annũ: maſculis q̃dẽ ab etate. xiiij. an. ⁊ feminis ab etate duodecim. Et ſilr̃ dat̃ adult[is] furioſis vl̃ ſil̃ib⁹. iſti. d̃ cura. i. ſ. ⁊. §. furioſi. ⁊. §. ſi mẽte capt[i].

¶ Curia media breuis eſt loc⁹ vbi reddit̃ ius vel habitatio principis. Sʒ media lõga eſt meretrix. vnde. Curia ius curat: meretrix eſt curia dicta.

¶ Curialis dr̃ ille qui eſt de officio curie: vel iudici obnoxius. i. obligat⁹: ⁊ adulat̃ ꝑncipib⁹. diſt. xxxvij. nõne. Vñ curialis vel curiales dicimus oẽs q̃ quacũq; ɔditiõe obligati ſũt curie alicui⁹ publice ptãtis: ſiue milites: ſiue aduocati ſint: ſiue iudices: ſiue officiales: ſiue hiſtriões: ⁊ breuiter quoſcũq; ſiue hñtes officiũ honeſtũ: ſiue ihoneſtũ.

¶ Curioſitas ſumitur pro ſubtilitate nimia cura exquiſita. de renũ. c. i. lib. vi. Nam curioſi de his que non multum expediunt: ſepe diſceptant. de re iudi. abbate ſane. li. vi. Quod tñ faciẽdum nõ eſt: vt in. c. i. ꝑall. ⁊. c. ij. de here. lib. vi. ⁊. C. de ſum. tri. ⁊ fi. ca. l. nemo.

¶ Curuus dicitur qui nõ habet corpus rectum. de edil. edic. l. iij.

¶ Curules equi. no. C. de ſpect. l. nemo. li. xi. Ediles curules quare ſic dicãtur. vide. ff. de edil. edic. l. i. in prin.

¶ Cuſtodia et exhibitio reorum (vt dicit Azo) ſm legiſtas eſt cuſtodia que fit in carceribus publicis: et etiã ꝓhibet carceres priuatos: vt patet. ff. et. C. de priua. carce. in hibendis.

¶ Cuppe ſunt vaſa facta cauſa portandi fructus.

¶ Culleus vel culcipenus eſt idẽ qd̃ ſaccus in quo portatur triticũ: ⁊ maxime de corio: qui ſupraponit̃ equo. Vel dr̃ ſaccus coreus in quo ponunt̃ interficientes parentes. l. vnica. C. de his qui pa. vel fi. occi. vbi dr̃ inſutus culleo cũ cane ⁊ gallo gallinaceo: vipa: ⁊ ſimia.

¶ Cuniculus eſt riuus coopertus. ff. de dam. infect. l. proculus. eſt etiã animal minus lepore: ⁊ ei ſimile.

Ayuntamiento de Madrid

¶ Iuſtũ ⁊ honeſtũ ſi cõcurrunt: p̃ferendum eſt iuſtu3. Panor. in. c. bone memorie. in. xiiij. no. de poſtu. prela.

¶ Iuxta aliqñ exponitur. i. prope vel a latere. extra de maio. ⁊ obe. c. ſolite. verſ. hoc antẽ prudenter. Aliquãdo. i. ſm: vt iuxta verbum apoſtoli. i. ſm. extra de baptiſ. c. maiores. circa princ. ⁊ dic ꝙ qñq; ponitur ſimilitudinarie: vt tu viuis iuxta Petrũ. i. ad ſimilitudine3 Petri. Aliquando ſignificat vicinitatem tẽporis: vt iuxta feſtũ paſcatis. i. ꝓpe. ⁊ vide no. extra de verb. ſig. Item adde quot modis iuxta ſumat. Bar. in. l. ſ. ff. de teſta. in extrauag. ad reprimendam. in verſi. iuxta.

## ¶ De K ante A.

Kalende ſunt certi dies mẽſium a calo grece qđ eſt voco latine: vt not. in. l. q̇ ante Kalẽdas. ⁊ in. l. eũ qui. ff. de verb. oblig. q2 promiſſio talis. ꝓmitto ante Kalendas: dupl̃r accipi põt. ſ. ante finitas. et in dubio interpretatio debet fieri cõtra ſtipulatorem. l. veteribus. ff. de pact. l. quicquid aſtringẽde. ff. de ver. obli. Ergo perinde eſt ac ſi ꝓmiſiſſet ante kalendas finitas: ⁊ tunc bene ſequit qđ qui aliqd promiſit ante Kalẽdas ſit illi ſilis qui ꝓmiſit Kalendis. Et allegant iſti tex. cum ratione p̃miſſa in argumentũ ad teſtes cõcordandos: quo℞ aliqui deponunt ante guerram: alij poſt: vt qui dixerũt poſt: intelligant poſt inceptã: et qui ante: intelligant ante guerrã finitam. ⁊ hoc fuit dictũ Ange. ⁊ Imo. l. ſi quis peremptorie. ſup. ſ. gl. ⁊ doc. l. ij. §. penul. ⁊. l. iij. §. cũ quid. ff. ſi cert. pet. per Bart. in. l. ſ. C. de vſufru. l. inſulã. §. penul. ff. ſolu. mat. per Iac. but. in. l. ſed ⁊ ſi poſſeſſioni. §. item ſi iurauero. Imol. ff. de iureiurã. l. inter ſtipulantẽ. §. ſ. ff. de verb. obli. Inno. in. c. cũ contingat. de offic. deleg. in. c. cũ tu. ⁊ gloſ. magiſtralis in. c. in noſtra. de teſti. Et aliqui dixerũt qđ teſtes tales ideo cõcordantur: ne puniant de falſo: nõ vt probẽt: vt per doctores in legibus allegatis. Alij dicunt ꝙ concordantur vt probent: vt per glo. in. d. c. cũ tu. Sunt ergo kalende prima dies in quolibet menſe: etiã dicte a colo: q2 antiqui colebant primũ diem mẽſis: ⁊ ſic dicunt quaſi colẽdi. Vel dicunt a verbo greco calo. i. voco: q2 Romani habebant precones quos prima die menſis mittebant per terrã dicẽtes: vocat vos ſenator ad nundinas: preparate vos. de hoc eſt glo. not. in. l. cũ biſſextus. ff. de verb. ſig. que etiam declarat nonas et idus. de quibus vide in fine primi libri cõpoti chirometralis: ⁊ in alijs. Itẽ in fine libri. vſ. in gl. ſ. ſuper data libri.

## ¶ De L ante A.

Labra ſunt imagines que diſtillant aquam: ſalientes ſcilicet aque: ⁊ fiſtule que ſaliẽtibus iunguntur.

¶ Delyria ſunt que hic autor de labris affert: nempe Accurſiũ ſecutus. ff. de actione emp. ⁊ ven. l. limes (ſeu vt nos impreſſimus: funes) et labra. in gloſſ. et tex. Sunt enim labra apud iuriſconſultum loco iam citato: crateres lapidei: quibus aqua ſaliens ex ſiphunculis cõcipitur. Vide Budeũ in legem

Ayuntamiento de Madrid

iam citatam.
¶ Lacōr fructus induſtrialis: ſm Bar.
in.l.ex diuerſo.in repe.ff. de rei vendi.
⁊ idem dicit de lana ibidem.
¶ Lanio onis eſt macellariꝰ: vel becca-
rius: a laniādo ſic dictus: qr dilaniat
⁊ dilacerat animalia: ⁊ per fruſta car-
nes incidit ⁊ vendit: vel eſt ille q̇ lanā
ſeparat a corijs beſtiarū: ⁊ exuit ſiue
excoriat beſtias. ⁊ ſic dicit̃ a lanificio
ſm glo.in.l.cum de lanionis.ff.de fun.
inſtru.lega.
¶ Lata culpa eſt non intelligere q̄d oēs
bene intelligūt: non facere q̄d omnes
faciunt: vel maior pars: vel id facere
quod nulli vel pauci faciunt.ff. de ver
bo.ſigni.l.late.
¶ Latomie apud antiquos locꝰ dicebat̃
vbi lapides cedebant̃. Liuius in.viij.
belli punici. Cōprehenſa poſtea priua
ta edificia: cōprehenſe latomie: ⁊ me-
minit Calliſtratus in.l.ſuccurrit̃.ff.ex
qui.cau.maio. licet in vulgatis codici
bus latumijs mendoſe eſt ſcriptum.
¶ Imo vero recte ſcriptum puto. Uide
Bul.in annotationibus ad pande-
ctas: ad.l.iam citatam.
¶ Latitare eſt ſe malitioſe occultare ani
mo fraudandi creditores ſuos agere
volentes.ff.quibus ex cau.in poſ.ea.l.
fulcinius.§.quid ſit latitare.⁊ habe-
tur in glo.c.conſultationibus.ij.de of
ficio delega.
¶ Latini ſunt vel dicebantur olim qui-
dam qui ita erāt a dominis manumiſ
ſi vt eſſent in vita liberi: ⁊ gauderent
plenaria libertate in bonis ſuis: ſed in
morte ſerui erant: quare poſt obitum
eorum non poterant ſuccedere parē-
tibus: ⁊ bona eorum tanq̃ ſeruorum
ad dominos deuoluebātur: ⁊ heredes
eorum nihil poſt mortem eorum cōſe
quebantur. Sed contrariam habent
conditionem dedititij: vt.s.dictū eſt
in litera D. ⁊ in deſuetudinem abie-
runt: qr peſſima conditio erat: vt in-
ſtitu.de liber.verſus. Uita latini gau
dent: dedititij morte.
¶ Latro dr̃ qui per vim ⁊ de die furatur.
in aut.ſed nouo.C.de ſer.fugit. ⁊ dif-
fert a fure: qr fur eſt qui clam aufert
ſm Bar.ibidē. Itē latro eſt q̇ de die:
fur vero qui de nocte.l.cōgruit.ff.de of.
preſi. Itē latro dicitur qui maxime eſt
perfidie.l.in omnibus.C.de emenda.
ſeruo.⁊ vide aut̃.vt nulli iudi.§.pe.⁊.l.
capitalium.ff.de pe.
¶ Latro publicus eſt ille qui palā: ⁊ pu-
blice furat̃: vt ſunt pirate: vel qui pu-
blice ſtant in ſtratis: vel iſti qui habē-
tes arcem ⁊ caſtrum diſrobant homi
nes tranſeuntes. Nocturnus vero de
populator agrorum dicitur qui obſi-
det ſtratā publicam diſrobādo tranſ
euntes: ⁊ differt a publico latrone: qr
iſte clandeſtine furatur ⁊ moratur in
loco: vnde dicitur nocturnus depopu
lator agroꝝ: quia in nocte ſegetes de-
ſtruit dum ibi ſe abſcondit: latet ⁊ ia-
cet. Panor.in.c.inter alia.in vlti.not.
de immunita.eccleſia.
¶ Largus eſt medius inter prodigum ⁊
auarum.glo.⁊ ibi docto.in.c.ex parte.
de conſuetudi.
¶ Larue ſunt deformationes hominum
propter appoſitionem coloris.
¶ Laudum eſt ſententia arbitri. Et lau-
dare eſt ſententiam arbitralem ferre.
Item laudare debet arbiter ĩ loco vbi
compromiſſum eſt factum: alias non
valet laudum.l.ſi cum dies.§.ſi arbi-
ter.ff.de arbitris. Sed quomodo locꝰ
accipiatur: dicit Ludouic.de Roma.
quod pro ciuitate.⁊ allegat Spec.ſin-
gulariter in titu.de arbi.ver.item que
ritur an ſtricte.⁊.§.ſequitur. Item lau
dum arbitrorum non poteſt reſcindi
pretextu inſtrumentorum de nouo re
pertorum: ſi equiparas arbitramentū
tranſactioni. Si autem vis equipara
re reductioni appellatiōis: tūc poſſes
ſicut in appellatione: in qua non pro-
batum probabo: dicit Federi.de ſenis
in conſilio ſuo.cclxxviij.quod incipit.
Petrus teſtatur.
¶ Laxamentum vocat lex inducias duo
rum menſium qui dant̃ tutoribus ad
pecunias collocandas.in aut̃. vt hiq̇
obliga.ſe habe.perhibent res mino.
§.qm̄ autem videmus.
¶ Laicus eſt ſecularis ⁊ de pp̄lo: et qui
nō habet ſacros ordines.c.duo ſunt.



Ayuntamiento de Madrid

xxij.q.ij.glo.in.c.ſ.de pen.in.vſ.⁊ dicitur a laos grece quod eſt populus latine.c.duo.xij.q.ſ.

¶ Laicus pōt excommunicare:⁊ eſſe cōmiſſarius in cauſa ſpirituali ex permiſſu pape:ſed ea que cōpetūt ſoli ſacerdoti:vt eſt confectio eucharistie:non poteſt papa cōmittere laico. Panor. in.c.conſultationibus. verſi. quarto dubitatur.de cleri.egro.

## ¶ De L ante E.

¶ Leuis culpa vt in.§.preterea.qb. more contrahi.obli.inſti.

¶ Leuiſſima culpa eſt non preuidere qđ ſapientiſſimus ꝓuidiſſet: vt poſui rē in capſa:⁊ claue clauſi/⁊ credebā eſſe clauſam:claue amota nō ꝓbāsan eēt clauſa. Et ſilr de leui depoſitari⁹ non obligaᷓ/ſi res depoſita perditur niſi partes ſic cōuenerūt. Sed de lata culpa ſemꝑ tenebitur. Et etiā eſt lata culpa neſcire iura ciuilia.l.leges.C.de legibus.vbi caſus ad literaʒ: qꝛ omnes debēt ſcire iura ciuilia. Nō ergo excuſatur dicēs:neſciebā qđ lex ꝓhibebat. Etiā in maleficijs ignorātia craſſiſſima ⁊ negligētia maxia lata culpa eſt: que dolo cōparaᷓ. Sed caſus fortuit⁹ eſt inopinate rei euētus:qui nullo hominuʒ remedio ꝓuiderit poteſt vt.C. de pig.act.que fortuitis.⁊ inſti.eo.tit. §.item is cui.vide.s̄.culpa.

¶ Legatus eſt ille cui certa patria vel ꝓuincia committitur gubernanda: vt in.c.nouit.de app. Poteſt etiam dici legatus quicunq; ab aliquo ad aliquos eſt miſſus.

¶ Aliter legatos dicimus eoſdem quos aduocatos vel patronos cauſarū qui in forēſibus negotijs preeminētibus litigantib⁹ ſuum prebent patrociniū. Et nota ꝙ ſunt tria genera legatorū. Quidā de latere domini pape mittūtur:vt cardinales: quos appellāt fratres. Et tales pñt abſoluere hoies ſue ⁊ alterius ꝓuincie in ꝓuincia ⁊ extra: ⁊ equiparanᷓ proconſulib⁹. Alij ſunt non de latere:ſed datiui: ⁊ illi ſimplr in legationem mittūtur:vt prelati qui tantū abſoluunt ꝓuinciales ⁊ in prouincia:non extra conſtitutos:⁊ eqparanᷓ preſidibus prouinciarū. Tertij ſunt natiui:qui ſuarū eccleſiarū pretextu legatione funguntᷓ:vt archiepiſcopus Cantuarienſis: de quo in.c.ſ. de offi.delega.li.vſ. Et tales ſunt quatuor.ſ.archieps Eboracenſis:Cātuarienſis:Remenſis:⁊ Piſanus:vt not. in alleg.c.ſ.eo.ti.lib.vſ. Et legatus per literas de ſua legatione fidē facere dʒ ſi exigatur:vt.C.de man.prin.l.vnica. eius vice fungiᷓ:a quo deſtinaᷓ:⁊ vicē alterius gerit quare honorandus eſt: ſicut ille qui vicē gerit.lxxxix.diſtin.c. vlti.vbi dicitur quod diaconus nō debet ſedere ante preſbyterum niſi locū habuerit ſui patriarche:tunc cū ſicut illius locum tenens honorabiᷓ:vt.xc iiij.diſt.c.ſ. Item legatus generalis poteſt cognoſcere per ſimplicem querelam ⁊ per appellationē de cauſis ſubditorum ſuffraganeorum ſuorum:vt no.in glo.cauſe illorum.c.ſ.e.ti. Et legatus a latere cōferre poteſt eccleſias vacantes ſi eſt cardinalis.alias non: vt no.in.c.ſ.eo.ti.lib.vſ.

¶ Legatus procōſulis eſt cui proconſul poſtꝙ ꝓuinciam eſt ingreſſus: mandat iuriſditionē determinatam ⁊ aſſignatā:aut qñq; in itinere morā neceſſariā paſſus:vel trahens. vt in.l. aliquando.ff.de offi.procon.⁊ leg.

¶ Legatū eſt donatio quedaʒ in teſtō a teſtatore relicta.inſtit.de lega.§.ſ.⁊.ff. de lega.ij.l. legatū. vel eſt deliberatio hereditatis:quia teſtator ex eo ꝙ vniuerſum heredis foret:alicui qđ collatū velit eſſe.in.l. legatū.ff.de le.ſ.⁊ relinquiᷓ legatū nō vt heredi:ſʒ cui placet:vt dicendo:hoc illi do:lego:vel relinquo.i.dandū diſpono. Vigebat autē legatū olim pluribus modis. Qñq; per vendicationē:his verbis. Ille aut modo vēdicat a me illā rem ſibi:vt dicat ſuā eſſe:⁊ petat vt ſuā. Qñq; p danationē his verbis. Heres meus danat⁹ eſto.i.obligat⁹ eſto hoc illi dare. Qñq; ſecundū quoſdam legatur per condemnationem:quādo a teſtatore aliquid relinquiᷓ in penā ⁊ in dānum

Ayuntamiento de Madrid

heredis hoc modo. Si heres meus ti
tiam duxerit in vxorem: in damnũ ſuũ
⁊ penam centũ ei lego. Quandoqꝫ vi-
gebat legatũ per verbum ſinendi: his
verbis. Sino illi hanc rem: id eſt per-
mitto illũ habere. Si vero res apud il
lũ eſſet: aptus eſſet hic mod⁹ legãdi:
vt ſineret eum habere quod apud eũ
tunc eſſet. Quandoqꝫ per preceptio-
nem ſcilicet cum duos vel plures he-
redes inſtituit: ⁊ alteri eoꝝ prelegaue
rit aliqd: ad hoc vt id ꝑciperet: id eſt
pre alijs ſeu ante alios haberet. Et no
ta qd legatũ regulariter trahit ab he-
rede. Et fideicommiſſuꝫ fere idem eſt
quod legatum: ſed eſt dictũ fideicom-
miſſum ideo quia olim pendebat ex fi
de heredum: ſed modo qd iuris eſt in
vno idem eſt ⁊ in alio.

¶ Legatari⁹ eſt cui aliquid legatũ eſt: et
qui legatũ accipit. Et talis poteſt eſſe
teſtis in teſtamẽto. vt inſt. de teſt. ord.
§. legatarijs. Sic etiam fideicommiſ-
ſarius: vt ibi dicitur.

¶ Legare eſt vltimam voluntatem teſta-
toris de ſingulis rebus diſponere: et
legatum ab herede preſtãdum alicui
relinquere. Etiam legare alia ſignifi-
catiõe eſt mittere: ⁊ ſic inde dr legat⁹:
id eſt miſſus: ſed cum ſignificat relin-
quere: venit inde legatum. Et legare
omnes poſſunt qui teſtamẽtũ facere
poſſunt: ⁊ legare poſſunt oĩbus illis
quos poſſunt heredes inſtituere. Itẽ
legari põt res teſtatoris ⁊ heredis: et
etiam res extranee perſone: ⁊ ſic qñ te
ſtator ſciebat rem alienam eſſe: tũc de-
bet heres rem illam emere a domino:
⁊ tradere legatarios: ⁊ ſi dominus vẽ-
dere noluerit: debet heres legatarios
tradere eſtimationẽ. Item poſſunt le-
gari fructus futuri: itẽ iura actiões ⁊
ſeruitutes: ſed nõ res que nõ eſt in re-
rũ natura: vt hyppocẽtaurus: ⁊ ea de
quibus nõ eſt cõmerciũ: vt foꝝ roma
nuꝫ: baſilice vel templa: ⁊ que publico
vſui deſtinata ſunt. Item poteſt lega-
tũ relinqui quibuſcũqꝫ verbis: aptis
tamẽ ⁊ idoneis: vt ſi dicat teſtator le-
go: dari iubeo: impero: mãdo: ꝑcipio:
⁊ ſic de alijs. Iteꝫ relinqui poteſt lega
tum pure: in diem ⁊ ſub cõditione. Et
poteſt teſtator huiuſmodi legatis ap-
ponere cõditionẽ quã voluerit: qr he
redis inſtitutio eſt caput ⁊ fundamen
tũ teſtamẽti. Et qr ſine heredũ inſtitu
tione non valet teſtamentũ: ideo mul
tum intereſt tabellionis de herede cõ
ſiderare ⁊ inquirere: ſecundo de here
ditatis diuiſione: tertio qui poſſunt ⁊
debẽt inſtitui: quarto quomodo ⁊ q̃li
ter fiat heredum inſtitutio.

¶ Legitime partes heredũ his v̾ſibus
continentur. Quatuor aut intra dant
natis iura trientẽ. Semiſſem vero dã
natis quinqꝫ vel vltra. Arbitriũ ſeq̃t
ſubſtantia cetera patris. Quarta tibi
ſatis eſt ſi ſis extraneus heres. Tunc
trebellaris cũ reddere cũcta rogaris.
Tunc defalcaris cũ per legata grauã-
ris. De iſtis partibus vide gl. in. c. ray
nutius. de teſta.

¶ Legitimum dicitur ſex modis. Primo
quod nõ eſt ꝓhibitum ⁊ ſic per abne-
gationem ꝓhibiti. vt ſucceſſio de legi
tima. Secũdo ſtrictius quicquid eſt
ꝑmiſſum: nõ eſt per abnegationẽ pro
hibiti: ſed per poſitioneꝫ liciti. Tertio
in poſitiuo digniori: ſcilꝫ a iure ciuili
cõceſſum: capiendo ius ciuile largiſſi
me pro pretorio ⁊ omnibus partibus
iuris ciuilis. Quarto cõceſſum a iure
ciuili: reſtringendo vt nõ cõprehẽdat
pretorium: ſed oẽs alias partes. i. ſena
tuſcõſulta: principum placita: ⁊ reſpõ
ſa prudẽtum. Quinto adhuc plus re-
ſtringendo ius ciuile ſolũ pro lege. xij.
tab. Sexto maxime reſtringẽdo ſoluꝫ
ꝓ lege. xij. tab. excluſis reſponſis pru-
dentum: ⁊ edictis pretorum. ita nota
tur in. l. vnica. C. qñ non pet. par. pe.
accreſ. hec Cato ſaccus.

¶ Legul⁹. i. collector. C. de murilegulis.
ſuper rub. lib. xi. ⁊. l. ſi cuius. §. inde q̃ſi
tum. ff. de vſufru.

¶ Leno eſt qui pretiũ pro comperto ſtu
pro accipit: vel damnatã de adulterio
ducit: vel qui eã adulterio ſubijcit: vel
adulterũ ſe facit: vel queſtum de adul
terio vxoris accipit: vel mãcipia que-
ſtuaria habet: ſcꝫ qui taberne vel ali-
cui negotiationi ꝓponit meretrices vt



Ayuntamiento de Madrid

plus lucretur: (& hic eſt infamis) vel q̄ vxorem deprehenſam in adulterio: in matrimonio retinet: vt. C. ad. l. iul. de adult. l. crimen lenocinij. & glo. de multis modis lenocinij. cōcordantie allegant. C. de ſpecta. & sceni. & lenoni. l. j. §. lenones. & l. ij. & iij. lib. xj.

¶ Lenociniū facere nō minus eſt quam corpore ſuo queſtū facere. l. palā. §. lenociniū. ff. de ritu nup. & de crimine lenocinij not. in. l. athletas. §. ait p̄tor. ff. de his q̄ no. infa. & l. j. §. lenocinij. ff. de adulte. & vide aut. de leno. per totū. vbi ꝓhibēdo lenociniū tāgit multas fraudes lenonum.

¶ Leuita hebraicum: latine diaconus. c. cleros. xxj. diſtin.

¶ Leo eſt beſtia: nec continetur appellatione pecoris. l. ij. ff. ad. l. aquiliam. & l. hi enim. ff. de edil. edic.

¶ Letamen eſt ſterquilinium: a letando dictum: q2 letes facit ſegetes.

¶ Letale eſt idem quod mortiferum. vnde dicit de aliquo vulnerato ad mortem q̄ letale vulnus habet: & venit a letū: id eſt mors. vnde. Boleti leti cauſa fuere mei.

¶ Lex eſt conſtitutio populi qua maiores natu ſimul cū plebibus aliq̄d ſanxerūt: ſm Iſid. li. v. & diſt. j. c. lex eſt. Et dicit gl. q̄ olim populus ſtatuit leges ſ3 hodie trāſtulit hanc poteſtatem in imperatorē. inſt. de iur. na. gen. et ciui. §. ſed quod pricipi. Vel aliter. Lex eſt ſpecies iuris: & ponitur quādoq; ſtricte: ſc3 pro eo quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu iterrogāte veluti cōſule cōſtituebat. inſti. de iur. na. gen. & ciui. §. conſtat autē. Nā conſul eſt qui ſenator erat: & populū cōſulebat an eis placeret ita ſtatui: & pp̄ls reſpondebat ita. Et etiā ſic diffinitur. Lex eſt commune preceptū: virorum prudentum cōſultatio: delictorum q̄ ſponte vel ignoranter contrahuntur: coerctio: cōmunis reipublice ſpōſio. ff. de legi. l. j. Quādoq; ponitur large pro oīm rationabili ſtatuto. Unde etiā dicitur. Lex eſt ſanctio ſancta iubēs honeſta: ꝓhibens cōtraria: que ſumit ex lege greca. ff. de legi. & ſenatuſcon. Lex etiam q̄nq; dicitur conſuetudo. j. q. c. ij. Quādoq; rō. j. diſti. cōſuetudo. Quādoq; ius ſcriptum ſiue conſtitutio q̄cunq;. Quādoq; cōſtitutio ciuilis tātū. Et qualis debeat eſſe lex: habet in. c. erit. iiij. diſt. vbi dicitur. Erit autem lex honeſta: iuſta: poſſibilis: ſecūdum naturā & patrie cōſuetudinē: loco temporiq; conueniēs: neceſſaria: vtilis: & maniſeſta: ne aliquid per obſcuritatem in captione cōtineat. Et ibidē in. c. ſeq. §. leges. dicitur q̄ nō eſt iudicādū de legibus ſed ſcdm ipſas. Inſtituūtur autem leges cum promulgantur: & firmātur cū morib9 vtentiū ꝓprobant. Nam lege nō tota perſpecta: inciuile eſt iudicare vel r̄ndere. ff. de legi. l. inciuile. Et leges ipſe canones ſacros imitantur in aut. de eccle. ti. §. j. col. ix. c. j. de iure cal. & c. j. de no. ope. nūtia. vbi ſubdit. Sacrorū ſtatuta canonum principum cōſtitutionibus adiuuantur: & ſic e conuerſo in materia ciuili ius canonicum cedit & imitat. Lex alia p̄uata: alia publica. Lex publica eſt quea ſanctis patribus ſcripturis eſt cōfirmata: vt lex canonū. Lex priuata eſt que ex inſtinctu ſpiritusſancti in cordibus fidelium eſt ſcripta: ſc3 charitas: q̄ dignior eſt & prima. xix. q. ij. due ſunt.

¶ Legū autores ſeu inuentores ponuntur diſt. ij. c. Moyſes. & c. fuerunt. vſq; in fi. diſt. eiuſdē: vbi dicitur. Moyſes gentis hebree primus omniū diuinas leges ſacris l̄ris explicauit. Phoroneus rex primus grecis leges iudiciaq; cōſtituit. Mercurius trimegiſtus primus egyptiis leges tradidit. Et dicit gl. q̄ trimegiſtus dict9 eſt ꝓpter tres potentias: eloquentiā: ſcientiam: & virtutem. Solon prim9 leges Athenienſib9 edidit. Lycurgus prim9 lacedemonijs iura legū ex Apollinis autoritate cōfinxit. Numa pōpilius qui Romulo ſucceſſit in regno primus leges romanis edidit: deinde cum popul9 ſeditioſus magiſtratus ferre nō poſſet: decemuiros legibus ſcribēdis creauit: q̄ leges ex libris Solonis de greco in latinum ſermonē tranſlatas: duodecim tabulis expoſuerūt. Fuerūt aūt hi decem

Ayuntamiento de Madrid

uiri: Appius claudius: Titus Genuꝯcius. Publius ſeſtiꝰ: Luciꝰ veturiꝰ: Caius iulius: Aulus Manlius: Publiꝰ Sulpitius: Publiꝰ Curiatiꝰ: Titus Remuliꝰ: Spuriꝰ poſthumiꝰ. Hi decē ſunt electi ad ſcribēdas leges ſʒ Iſido. lib. v. ety. Leges autē in libris primꝰ conſul Pompeiꝰ redigere voluit: ſed nō perſeuerauit: obtrectatoꝝ metu. deinde Ceſar. ſ. Juliꝰ cepit idē facere: ſed ante interfectus eſt. Paulatim autē antique leges vetuſtate atqꝫ incuria aboleuerunt: quarū ⁊ ſi iam nullꝰ vſus ſit: notitia tamē neceſſaria videtur ſm Iſido. lib. v. ety. ⁊. c. ij. diſt. ij. vbi gloſ. dicit cauſam quare notitia illarum legum eſt neceſſaria: ⁊ eſt vt ſciatur cauſa quare tollantur. C. de cadu. tollen. l. vnica. qr papa arguit etiā ab abrogato iure. c. nouit. de iudi. Uel ideo notitiā taliū eſt neceſſaria vt reprobentur male dicta. xxxvij. diſt. legimus. c. qui de menſa.

¶ Leges noue: ⁊ legum codices et a quibus ceperūt: habetur in. c. fuerūt. ꝑal leg. dū dicit Iſid. vbi. s. Noue autem leges a Cōſtātino ceſare ceperūt ⁊ reliqs ſuccedētibꝰ: erātqꝫ ꝑmixte ⁊ inordinate. Poſtea vero Theodoſius minor auguſtus ad ſimilitudinem Gregoriani ⁊ Hermogeniani codicem factū conſtitutionū a cōſtantini temporibus ſuo ꝓprio cuiuſqꝫ imperatoris titulo diſpoſuit: quē librū a ſuo nomine Theodoſianum vocauit.

¶ Leges quibus nos vtimur quomodo fuerūt facte: require. ff. ⁊ inſti. de exhereda. lib. per totū. ⁊ in multis paſſibꝰ. Nā vt dicitur diſtin. ij. c. quedam. Leges quedā dicunt ab his qui eas cōdiderunt: vt conſulares: tribunitie: iulie: aquilie: cornelie: ⁊ precipue lex pōpeia: lex papia: a papio: alias papiniana: a papiniano. Lex falcidia: ⁊ cōplures alie: de quibus infra. Quedam etiam dicuntur a locis: vt lex Rhodia: ⁊ conſimiles.

¶ Lex aquilia loquit in eo caſu cum qs culpa ſua alicui damnū dederit: vel uti equū: ſeruum: vel aliud animal occiderit: vel vulnerauerit: ſeu veſtē ſuā ſciderit: aut illius rebus damnū dederit. ⁊ in hac lege venit culpa leuiſſima: vt ſi quis ex alto ſe precipitauerit: ⁊ ſuper alium ceciderit tenetur lege aquilia. Caſus vero etiā occidentem excuſat. inſti de leg. aquil. §. iniuria. Et ſi putator ramū deiecerit: ⁊ nō ꝓclamauerit: ⁊ ſic aliquē occiderit: tenetur ea lege: ſed nō tenetur lege cornelia. de ſica. in qua venit tantū dolus. ff. ad legē aquil. ⁊ ad legē cornel. de ſica. Req. s. Actio legis aquilie.

¶ Lex cōmiſſoria proprie nō eſt lex neqꝫ ſenatuſconſultū: ſed potius pactū: et habet locū cū ita venditor cōuenit cū emptore vt ſi intra certū diem nō fuerit ſolutū pretiū totū: vel pars: cū de pretio ꝑ partes certis diebꝰ ſoluendo cōuenit vt in tali die vel tēpore ſit res inempta vel inuēdita: ſi dictū ſit vt redeat poſſeſſio vel dñium ad vēditorē. Tale aūt pactū nō habet locū in pignoribꝰ: ſed in emptionibus: vt. ff. de lege commiſ. l. vlti. ⁊. l. ſi fundus. Et qꝫ res dicit inempta: ita accipitur ſi vēditor inemptā eſſe velit: cuius cauſa id cauet: alias fraudaretur vēditor: ſi ex iſta villa i poteſtate emptoris eſſet: nō dādo pecuniam inemptum facere fundum. tex. eſt in. l. ij. ff. eo. titu.

¶ Lex cornelia de falſis penā irrogat his qui falſum teſtimonium dixerunt: vel falſum teſtamentum: vel aliud quodlibet teſtamentum ſcripſerunt / aut ſigillauerūt: aut als falſum cōmiſerūt puta i moneta vel mēſura. Et eſt dicta lex cornelia a Cornelio ſcilla ꝓmo inuētore. Dicit etiā teſtamentaria: ⁊ eiꝰ pena in ſeruos eſt vltimū ſuppliciū: in liberos vero deportatio. inſti. de public. iudi. §. item lex cornelia. de falſis.

¶ Lex cornelia de ſicariis loquit de his qui dolo malo interficiūt: ſcʒ telo vel iactu furtiue: ⁊ hmōi. Uel etiam dicit lex cornelia de veneficijs: a veneno: puta quando quis alium interfecit veneno: aut magicis ſuſurris vel incantationibus: vel quia mala medicamēta publice vēdidit. Et dicit de ſicariis: a ſica acuta vel cultello / eo qꝺ ſignificat ferrum vel cultrum: vt inſti. de publi.



Ayuntamiento de Madrid

ſudi.§.ſicarij aũt. vnde dicit glo. ibidẽ ꝙ ſica eſt cultellus vtrinq; ſcindens quẽ portãt peregrini quandoq; i baculo quodam: ita quod nõ patet. vnde verſus. Et ſica mucro latens: ſicarius inde vocatur.

¶ Lex duodecim tabularũ fuit origo totius iuris ciuilis: ſm gloſ. inſti. de iure natu. gen. ⁊ ciuili. §. ex nõ ſcripto. in ver. origo. ff. de orig. iu. l. ij. §. ſ. Et dicit lex ſcripta in. xij. tabulis: quarũ decẽ a ciuitatibus Athenienſium ⁊ Lacedemoniorum: a decẽuiris fuerũt allate: ⁊ due ad illarum declarationẽ per eoſdẽ decemuiros poſtea addite: vt dicit glo. in verſi. decẽuiros. §. deinde. c. Moyſes. diſt. vij. Dũ eñi leges ꝓpter diſcordiam plebeiorum cum nobilib9 fere ꝑ. xxx. annos in deſuetudinẽ abijſſent: creati ſunt decẽuiri: qui trãſtulerunt leges grecorum in latinum: ⁊ eas in decem tabulis eburneis ſcripſerũt. Et hi decẽuiri poſtea vidẽtes in illis decẽ tabulis multas leges deeſſe accepta poteſtate corrigendi: diminuẽdi: interpretandi: addendi ⁊ ſupplendi: duas alias tabulas addiderũt: ⁊ exinde dicta eſt lex duodecim tabularũ. Poſtea cũ ꝑdicti viri ſibi magiſtratũ vſurparẽt a populo ſunt creati: et ſic ꝯſules facti: qui ſenatuſcõſulta cõpoſuere. Poſtea pretores ꝯſtituti ſunt q̇ edicta pretorũ fecerũt. Et lex duodecim tabularũ ſic dicit: ⁊ hoc nomẽ olim accepit cum romani iura penes ſe nõ haberẽt: ſed eſſent penes grecos. Ipſi eñi leges ſcriptas deſiderãtes a grecis miſerẽt nuntios ad grecos: q̇ ſupplicarẽt eis vt iura traderent: quod greci Romanis renuerũt: ſed miſerũt ex ſuis ſapientem quendã vt exploraret an digni eſſent Romani legib9: q̇ cũ Romam veniſſet: Romani excogitãtes q̇d fieri poterat: quẽdã ſtultuȝ ad diſputandũ cum greco poſuerũt: vt ſi perderet: deriſio eſſet. Grec9 nutu diſputare incepit: ⁊ leuauit digitũ vnũ: ſignificãs ꝙ vn9 eſſet de9. Stult9 credens ꝙ vellet eum vno oculo cecare: duos eleuauit digitos: ſcȝ indicẽ ⁊ mediũ (q̇ etiã ad iuramẽtũ neceſſarium leuant) ⁊ cũ eis etiã pollicẽ (ſicut naturaliter euenit) quaſi grecũ cecare vellet vtroq; oculo. Grec9 autẽ credidit qđ trinitatẽ oſtẽderet. Iterũ ergo grecus apertã manũ extendit: vt oſtẽderet oia nuda ⁊ aperta eſſe deo. Stult9 aũt timẽs alapã ſeu maxillatã ſibi dari pugnũ clauſum quaſi repercuſſur9 leuauit. Grec9 intellexit ꝙ de9 omnia clauderet palma. Et ſic credẽs Romanos dignos legib9: abijt: ⁊ decẽuiris diſcretis a romanis electis: quos greci dignos legib9 iudicauerũt: leges cõdi fecit. Et ſic greci tradiderũt ipſis. x. tabulas eburneas: in quib9 ꝯtinebat tam ius ſcriptũ qđ in ciuitate athenienſiũ frequentabat: q̃ nõ ſcriptũ: qđ in altera ciuitate ſcȝ Lacedemoniorum erat in vſu. Poſt q̃ vero iſti decemuiri fuerũt ſic cũ decẽ tabulis reuerſi: ab ipſo populo romano habuerũt poteſtatem ſuper illas decem tabulas examinandi: addendi ⁊c. vt. ſ. de hoc in glo. l. ſ. ff. de orig. iur.

¶ Lex falcidia diſt. ij. quedã. in fi. prohibet ne q̇s in teſtamẽto plus extraneis legare poſſit q̃ vt q̃rta ꝑſit heredib9 data. Dicit aũt falcidia a falcidio tribuno autore: vel ſm Azo. dicta eſt a ſibi falce. i. a diminutiõe quã imponit ſingularib9 relictis: reſecat eñi de legatis vt falce reſecãtur ſegetes. Nã olim licuit cuilibet totam hereditatem ſuã alteri relinquere: ſed poſtea falcidi9 ſtatuit qđ q̃rta pars hereditatis deberet relinq̇ heredib9 legitimis ⁊c. vt. ſ. De f. Triplex aũt eſt falcidia: vna debita iure nature: alia iure inſtitutiõis: tertia dicit quarta trebellianica: q̇ cõpetit heredi inſtituto q̇ rogat9 eſt hereditatẽ alijs reſtituere. di. ij. rñſa. de teſta. c. raynutius. ⁊ c. raynaldus.

¶ Lex fauia de plagiarijs eos perſequit qui liberos aut ſeruos vel filios alienos ab vrbe vel de vna prouincia ad aliam ſubducunt: ⁊ eos vendunt fraudulenter inſcijs dominis ⁊ patribus ſuis. vt. ff. ad legem fal. de pla. l. fina. ⁊ l. lege. ⁊ l. eum.

¶ Sunt qui malint legere: lex fannia de plagiarijs. Sũt q̇ legãt lex flauia. Tu

Ayuntamiento de Madrid

vide Catell ianū cottam in dictiōe pla giarij nomine.

¶ Lex fuſia (alias ſuſia vel ſuffia) canina non permittebat in teſtamēto manu miſſiōes fieri niſi vſq; ad certū modū vel numerꝫ ſeruorum: licet inter viuos ſit: ſꝫ hodie iſta ſublata eſt: ⁊ multo ma gis hoc liceret in vltima volūtate. Et dicit canina fortea quodā inducta q̇ canis vocabat. Naꝫ canis naturā ſer uabat qui ſtat in palea: quam nec ſibi habere poteſt: nec alij fauet: vt ſit ꝯſo nans rei nomen. inſti. de dona. §. eſt ⁊ aliud. Talis ergo moriebatur tāq̃ ca nis: q: non poterat tenere ſeruos: nec libertatem patiebatur eis dari. inſti. de leg. fuſi. cani. tol. in gl. ſ.

¶ Lex helia ſcētia de dedititiorꝫ eſt de latina libertate: de qua inſti. qui ⁊ quibꝰ mo. manu. non poſ. §. eadem lege elia ſcen tia. vbi dicit ꝙ domino minori. xx. an nis non aliter manumittere permittit q̃ ſi vindicta (id eſt virga pretoris) apud conſilium (.i. apud locuꝫ cōſilij ſup hoc) iuſta cauſa manumiſſionis: approbata fuerint manumiſſi: vt ibi dem tex. inquit.

¶ Lex iulia de adulterijs ⁊ ſtupro: perſe quitur adulteros: ⁊ eos qui ſine virgi nes: viduas: aut honeſtas: aut hone ſte viuentes corrumpūt aut violāt. Et non ſolum temeratores aliarum nu ptiaruꝫ gladio punit: ſed etiā eos qui cum maſculis nephādam libidinē ex ercere audēt ſiue non verentur. inſtit. de publi. indi. §. itē lex iulia de adulte rijs. ⁊ ibi per totum de legibus hic po ſitis. quia publica iudicia ſunt.

¶ Lex iulia de ambitu punit eos qui per ambitum ſeu ambitioneꝫ muneribus datis ad honores ſeu ad officia publi ca accedūt ſeu ſuccedūt. de quo inſti. de publi. iudi. §. ſunt preterea. in glo. ⁊ in. l. ſ. ff. ad. l. iuliam de ambi.

¶ Lex iulia leſe maieſtatis eos punit q̇ in principem aut in rempublicam ali quid committunt ⁊ machinantur. Et eſt cōtra tales ſtatuta pena capitalis. Item ꝙ vſq; ad quartaꝫ ꝓgeniem nō ſuccedant nati ab eis: niſi per princi pē diſpenſetur cum eis: ⁊ ſic pena eius anime amiſſionem ſuſtinet: vt. C. ad. l. iul. ma. §. publica autem.

¶ Lex iulia repetūdarū loquitur de his plectēdis qui tempore adminiſtratio nis aliquid acceperint vt iudicarent vel nō iudicarent: vel aliquem in vin cula conijcerent: vel nō. Ad hoc enim competit vt datum reſeruet: ⁊ ꝙ alter puniatur. Ultra hoc etiā competit cō tra eoſdē illis qui ab ipſis aliquā vio lentiaꝫ paſſi ſunt: vt ſi coactus fuerit quis a talibus vēdere rem ſuā minori pretio q̃ valebat: ⁊ in ſimilibus caſibꝰ ff. ad. l. iul. repetunda. l. ſ. iij. iiij. ⁊. v.

¶ Lex iulia de reſiduis punit eos q̇ offi cium publicum ad adminiſtrationeꝫ habuerunt: ⁊ tempore adminiſtratio nis ſue publicam pecuniā quam acce perūt in quodcunq; negotium erogā dam: retinuerunt: ⁊ non erogauerūt: vel qui rempublicam: quaꝫ acceperūt tradendam in communi erario: nō re poſuerūt ibidem: ſed penes ſe furtiue ⁊ doloſe retinuerunt: vt. ff. ad. l. iul. pe cu. l. ij. et. l. iiij. §. lege.

¶ Lex iulia de vi publica punit eos qui vim cū armis fecerūt vel intulerūt. et eſt pena deportationis: vt inſti. de pu blicis iudi. §. item lex iulia.

¶ Lex iulia de vi priuata punit eos qui ſi ne armis vim inferūt: in publicatiōe tertie ꝑtis bonorꝫ. Si aūt vi raptꝰ vir ginis vidue vel ſanctimonialis aut al's fiat faciētes ⁊ opē flagitio dantes pena capitis puniūtur. inſti. de pub. iu. §. item lex iulia. de vi priua.

¶ Lex iulia norbana loq̇t de latina liber tate. vt inſti. de libe. §. libertinorꝫ ꝯūt.

¶ Lex iula de annona competit contra illū qui facit vel ꝓcurat annonā fieri cariorem: q: in hoc leditur reſpublica vt. ff. ad. l. iul. de anno. l. ij.

¶ Lex iulia peculatus competit contra illos qui pecuniam vel rempublicam vel ſacram vel religioſaꝫ furantur. pu niunt autem vt. ſ. in ſti. de publi. iudi. §. lex iulia.

¶ Lex iulia miſcella (al's viſcella) hꝫ locū qn̄ maritꝰ relinq̇t vxori in teſtō aliq̇d ſub certa ꝯditiōe ſi alteri nō nupſerit. Et ꝯditione nō ſeruata: nō tenet he

Ayuntamiento de Madrid

res dare relictū per iſtā legē. Et qualem faciat cautionē. vide in aut. cui relictū. C. de ind. viduit. tol. ⁊ de. l. iul. miſcel. tol. l. j. ibidem.

¶ Lex hortenſia lata. i. facta ⁊ a rege nomen ſortita eſt: q̇ eā ſtatuit ⁊ fecit: q̄ cōcordauit inter plebē ⁊ pp̄lʒ ⁊ principē qua ꝯſtituit̄ vt nō min⁹ aut pl⁹ valeāt plebiſcita q̄ lex populi. de quo inſtit. de iur. na. gen. ⁊ ci. §. ſed et plebiſcita.

¶ Lex papia patrum ꝯtinet premia pro ſuſcipiēdis liberis. ⁊ dicit̄ a papio autore. alr̄s papiniana: a papiniano autore. vide de hoc inſtit. p̄ quas pſo. no. ius acqui. in. §. ſancitum etenim.

¶ Lex pompeia de patricidijs (alias parricidijs) punit eos q̇ patri aut mr̄i aut auo aut proauo aut alteri de ꝯſanguineis aut parētib⁹ ſuis mortē infligūt. Et ſtatuit illa lex penā acerrimā q̄ talesi culeo. i. corio bullito ꝯſumāt̄: in q̄ ponat̄ vipera cū ſimia: cane: ⁊ gallo gallinaceo: ⁊ in mari vicino ſic p̄ijciātur: vel in flumine ꝑpinquo ſi mare nimis remotū fuerit. De his omnibus no. inſti. de publi. iudi. §. alia deinde.

¶ Lex populi antonomatice dicitur lex per excellentiam.

¶ Lex publiciana dicta eſt a publiciano pretore autore. Require. s. Actio publiciana.

¶ Lex rhodia de iact. ſubuenit his quorum merces cauſa cōis p̄iculi euitādi electe ſunt: ⁊ ꝓpter iactū nauis ſalua facta eſt. Quibus datur actio ꝯtra magiſtrum nauis: vel eos quorū merces ſunt ſalue. Et dicitur rhodia ab iſula rhodo alr̄s rhodiſis i qua antiq̄t⁹ plurīū fuit vſus mercatorū. ⁊ dicit gl. hec iniquiſſima eſt ſcʒ p̄ patiētib⁹ naufragiū: oīa auferant inhabitatores: vt. l. modeſtinus. ff. eo. ti. hodie aūt excommunicati ſunt hac lege vtētes. vt diſt. ij. c. quidam. et ſeq.

¶ Lex ſatyra eſt que de pluribus rebus ſimul loquit̄: dicta ſic a copia rerū: ⁊ q̄ſi a ſaturitate. Vñ et ſatyras ſcribere eſt poemata varia ꝯdere. vt Horatiū: Iuuenalis: Perſiū ⁊c. di. ij. c. ſatyra. Et ſecundū Iſido. li. v. de q̄. C. de la. li. tol. l. vnica. in princip.

¶ Lex attilia loquitur de commiſſiōe tutele in ꝓuincijs preſidibus eax: rome pretori vrbano et maiori parti tribunorum plebis. de quo vide inſti. de attilia. tu. per totum.

¶ Lex vitellia loquit̄ de liberto appetente ea q̄ ingenuis tm̄ cōpetūt: puta honores ⁊ dignitates: aſſerēdo ſe igenuū eſſe. de quo. ff. de ſta. homi. l. ingenuū.

¶ Lex viarum dicitur ſolitaria per excellentiam.

¶ Lex municipalis dr̄ quam aliqua ciuitas cōſtituit ſibi: ⁊ eſt ius ciuile. inſtit. de iur. na. gen. ⁊ ciui. §. j. in tex. et glo.

¶ Lex canonica appellat̄ diuina. c. nimis de iureiur. c. j. de iura. calū. Et lex ciuilis dicit̄ lex humana. c. ij. de preſcr. lib. vj. poteſt tm̄ ius canonicū etiā dici lex humana: q: ſunt in eo multa ab hominib⁹ ſtatuta: lʒ reſpectu aliorū iuriū ciuiliū dicat̄ lex diuina. Similr̄ lex ciuilis pōt dici diuina aliq̄ reſpectu: imo ſacra dicit̄: ⁊ p̄ ipſaʒ q̇s religioſus efficit̄: vt. C. de legi. ⁊ cōſti. l. leges. Quare imperator dicitur religioſiſſimus. in ꝓem. inſti. vide. c. quo iure. diſti. viij. ⁊ l. fi. C. de preſcrip. lon. tēp. ⁊ Archi. i x̄. humane. c. fi. d̄ preſcrip. li. vj. vbi. dr̄ q̄ leges diuinit⁹ p̄ ora principū ſunt promulgate. xvj. q. iij. nemo. xj. q. iij. imperatores. Et aliq̄n vocāt̄ leges publice iij. q. v. c. de accuſatiōib⁹. Aliq̄n leges exteroꝝ: vel leges ſeculi: vt ibidē. Sed canonice diuine dicunt̄. iij. q. v. q: ſuſpecti. ⁊ canonib⁹ ⁊ legib⁹ quilibet ſtudere deberet: q: nō permittit̄ quemq̄ in eis peritū in paupertate viuere: vel anxietate mori: vt inquit iuriſcōſult⁹ in aut. de here. ⁊ fal. §. fi. co. j. ⁊ in ꝓe. ff. vbi dicit tex. legū oratores ditiſſimi efficiant̄. §. nos vero. ⁊ gl. in verſi. ditiſſimi. ponit verſus. Dat galien⁹ opes: et ſanctio iuſtiniana. Ex alijs paleas. vt s. de A. in dictione ars.

¶ Legius. Require ſupra homagium legium.

## ¶ De L ante I.

¶ Libell⁹ plurib⁹ modis accipit̄: vt not. Spe. i tractatu libellorū. Qñq; eñ dr̄

Ayuntamiento de Madrid

parnus liber: codicillꝰ: vel ſchedula in qua actor cauſam ⁊ actionē exprimit: et eſt duplex. Quidam eſt accuſatiōis: ⁊ ille in criminalibꝰ locū habet. Et quidā conuentionis: ⁊ ille in ciuilibus: vt eſt gl. vnica. in ṗn. c. ſ. de libel. obla. Et debent plura contineri in libello: vt in his verſibꝰ cōtinetur. Quis: quid: corā: quo: quo iure petatur: ⁊ a quo. Recte compoſitus quiſqꝫ libellus habet. Nā libellus conuentionis debet cōtinere nomē actoris: ſcꝫ quis ſit qui cōueniat. Et quid petaꝛ: ſcꝫ rem que petitur. Et nomē iudicis. ſ. corā quo agitur: ⁊ ius quo res petiꝛ: ⁊ ſic cauſaꝫ petēdi. Et nomē rei. ſ. a quo res petitur: etiam tēpus ⁊ diē in quo libellus daꝛ. Sed in libello accuſatiōis cōtineri debent nomē accuſatoris: nomē rei ⁊ iudicis: ⁊ crimē de quo agitur: ⁊ qñqꝫ ꝑſona cum qua crimen dꝛ commiſſum: ⁊ locus in quo: ⁊ dies accuſationis corā iudice: ⁊ mēſis in quo crimē eſt cōmiſſum: ſꝫ diem ⁊ horā ibi ponere nō eſt neceſſe: ſm Goff. Qñqꝫ ⁊ ſecundo ponitur pro pane azymo ſeu ſubcinericio: vt. C. de epiſc. aud. l. iudices. vbi text. iquit qꝫ incarceratis dꝫ victualis ſubſtantia miniſtrari vel tradi libellis duobus aut tribꝰ diurnis. Et dicit ibi gl. id eſt panibus: a libum libi: vel a liba libe: quod eſt panis albus vel ſubcinericius: ⁊ ſic libellus diminutiuum eſt. vnde dꝛ. Puer noluit libū a ſacerdote accipere. in autoritate ibi allega. Quandoqꝫ ⁊ tertio capitur pro precibus principi oblatis. C. quando libel. prin. obla. li. cōte. ſa. Quarto pro iudice delegato. ff de offi. ꝯſu. l. ne quiſqꝫ. Quinto pro ſcriptura demandatoris. Sexto ꝑ ſcriptura recuſatiōis. Septimo ꝑ ſcriptura quā vir dat vxori quā repudiat: ⁊ ille diciꝛ libellus repudij. Octauo ꝑ ſcriptura appellationis. ff. de appel. l. ſ. Nono pro ſcriptura quā iudex dat appellāti. ſ. pro apoſtolo. de appel. cap. cordi. lib. vſ. Decimo ꝑ ſcriptura infamatoria que diciꝛ libellus famoſus: quam nullus ſcribere debet: nec dictare ſub pena capitis: ſꝫ leges. Proprie tñ libellus eſt ſcriptura agētis: queſtionem continens: ⁊ futuram actionem depromēs. ⁊ dicit Cy. qđ eſt breuis ſcriptura intētionē actoris vel accuſatoris ꝯtra reū clare depromēs. Et ſic libellꝰ non debet eſſe verboſus: vel vtēs ſuperfluis: nec obſcuris: vel alternatiuꝰ: qꝛ alternatiua ponit obſcuritatem. vt no. gloſ. in. l. ſi rem. ff. de rei ven. Eſt tamen libellus incertus admittēdus: vbi incertitudo ꝓuenit ex facto aduerſarij. iuxta not. in. c. ſignificātibus. de libel. obla. Et qꝫ quādoqꝫ libellus alternatiuus admittatur no. ibidem: videlicet de cōſuetudine: nunqꝫ tñ de rigore iuris. iſti. de act. §. ſunt ⁊ alij. als. §. ſed iſte qđ. et ea que ſunt ꝯſuetudinis obſeruāꝛ. ff. de edil. edic. l. quis ſit fugitiuus. §. apud labeoneꝫ. ⁊ melius eo. tit. qꝫ ſi nolit. §. qui mancipia. ⁊ glo. in. c. abbate ſane. de re iud. li. vſ. in glo. in verſi. dominij vel quaſi. que eſt elegantiſſima ⁊ aurea dicēda. Vel ſic. Libellꝰ eſt breuis membrana actoris petitionem complectens. Dicitur autem libellus a libro diminutiue propter ſui breuitatem: ſicut codicillus a codice ſecundum Spec. in ti. de li. concepti. in prin. Vel dꝛ a libra i. iuſtitia: vnde iudex debet ſtateram eq lance miniſtrare. xlv. diſ. omnis. xxiiij. queſtio. ſ. offeramus. ⁊. c. abbate ſane. de re iudi. li. vſ. §. prefatus ergo. ⁊ cap. ſ. eodem titu. lib. vſ.

¶ Libellus repudij. Require Repudiū.

¶ Liberalis cauſa eſt quando principaliter mota queſtione ab aliquo dicitur aliquis ſeu alius ſuus ſeruus eſſe: ipſe vero contendit ſe eſſe liberum. Si vero confiteatur ſe eſſe ſeruum nō actoris: ſed alterius nō eſt cauſa liberalis: ſed cauſa dominij. ⁊ cauſa hic pōitur pro iudicio.

¶ Liberi ſunt qui ex ingenuis naſcūtur: fiunt autē liberi qui manumittuntur. Et dicūtur a libertate: ⁊ ſunt filij et filie: ⁊ ceteri omnes in recta linea deſcēdētes vſqꝫ ad trinepotes: ⁊ vlteriꝰ dicunꝛ inferiores ſeu poſteriores. Similiter parētes dicūꝛ oēs aſcēdētes per pſnaꝫ ſeu maternā cognationē nobis ꝯiūcti vſqꝫ ad tritanū: ⁊ vlteriꝰ dñr ſu-

Ayuntamiento de Madrid

glo.inſtit.de teſta.ordi.in prin.

¶ Liberatio ſumitur ꝓ diſpoſitione libe ratoria: ⁊ ſignificat diuerſimode: vt.ſ. habetur. in. D.

¶ Liceri vel licitari eſt rem appretiare vñ dicitur. Non curo centũ grecos vno obolo liceri. Sed licere actiuum ſigni ficat rem pretio mẽſurabilẽ eſtimare: q̃to pretio valeat. vñ verſus. Diues in orbe licet: pauperem: ſed nemo lice tur. Liceor enim eſt actiuum in ſigni ficatione/ ⁊ paſſiuum in voce. Sed li ceo contra. vnde. Non licet aſſe mihi qui me non aſſe licetur. Inde licitari eſt frequenter eſtimare valorẽ rei ven dibilis. Et licitator id eſt ſuaſor: vel ꝓ uocator ſeu proxeneta.

¶ Licitatio eſt venditio ꝓpoſita/ vt cuz aliquis emptor in re ab altero volente emere pretiũ auget. Unde q̃ñ aliqua res publice venalis exponitur/ ⁊ vnꝰ offert decem/ ⁊ alter quindecim/ q̃ñ ꝓclamatum eſt ꝙ q̇s plus offert/ eam habebit ille qui plus offert/ dicit̃ aliũ vincere licitatione. vnde cum alteruz ſic intendit ſuperare plus offerendo in quacunq3 negotiatiõe licitatio eſt: ⁊ qui in licitatiõe vincit: rez fert. C. de ſac. ſan. eccle. autẽ. qui res. ⁊. C. de fide inſtru. ⁊ iure haſte fiſcalis. l. quicũq3. lib. x. Eſt ergo licitatio ſubhaſtatio vł oblatio ad ſubhaſtationem. vt. l. lici tatio. ff. de pu. ⁊ ve.

¶ Licitarij dicũtur qui emendo: vendẽ do: vel conducendo rem aliquam: vel negotiãdo: aliquid aliud plus offerẽ do: alter alterũ contendit ſuperare.

¶ Licentia multiplex eſt: vt no. Archid. xxiij. q. ij. ſi abſtinere.

¶ Lictor dicitur qui magiſtratꝰ fert in ſignia l. ego cum in villa. ⁊. l. manumiſ ſio. ff. de manu. vindic.

¶ Libitinariꝰ is dicitur qui queſtui in ſeruiens libitinariã exercet: quiq3 ne ceſſaria funeribus vendit: vel qui cu rã mortuoꝝ ſepeliendoꝝ h3: ſeu q̇ cõ ducit funera: dictus a libitina dea: in cuius templo que ad ſepulturã perti nebãt vendebant̃. Refert Seneca vo ta libitinariorum eſſe vt mortes plu rimoꝝ optent: quod illis queſtuoſiſſi mũ ſit: ⁊ de his intellexit Ulpiañ. in. l. quicũq3. §. idem ait. ff. de inſti. act.

¶ Lima eſt inſtrumentum fabrile et fer reum quo metalla rodũtur: poliunt̃: minuuntur: ⁊ purgãtur. vij. q. j. §. cuz vero. ver. ferrum. ⁊ gl. in. c. paſtoralis. de reiudi. in clemen.

¶ Limites ſunt fines vel termini regio nũ. inde limitare, terminare dr̃ vel reſtri gere. vñ limes eſt terminꝰ agris poſi tus: vel pratis ſeu cãpis: vel ẽt dr̃ me ta. Sed limẽ eſt introitus domus: di ctũ a limite. Nã limina ſunt ediũ: limi tes ṽo regionũ vł finiũ. de quo inſtit. q̇. mo. ius pa. po. ſol. §. dictũ eſt autẽ.

¶ Limes ep̃atuum ſeu parochiarũ ſicut non põt preſcribi: ita nec iura adherẽ tia limiti: ne ex hoc oriat̃ confuſio li mitum. qd̃ eſt mẽti tenendũ ſm Paſi. in. c. cum ſint. circa fi. de deci.

¶ Limitanei dicunt̃ q̇ cõſtituti ſunt in ter caſtra ⁊ ciuitates vel cõfinia oppi da: vt limites defendãt ⁊ colant: vt. C. de fun. limi. l. vlt. in fi. li. xj. Et dicit Ac cur. ſuper rub. ibidem ꝙ quidam ha bent pro limitoſis limitrophis: a tro phos. i. deſcriptio: ⁊ limites. i. deſcri ptio ad vſum limitum: alias militum qui imperium cuſtodiunt.

¶ Liminarche dicunt̃ principes locorũ in quibus ſunt diuerſarum prouincia rum aut regnoꝝ diuerſorum limites ⁊ termini. vñ etiam dicunt̃ colliminar che qui confinia oppida vel ciuitates tenent trans limitem locorum.

¶ Limenarcha eſt vocabulũ grecũ: qui limẽ portũ dicũt: hinc limenarche q̇ p̃ſunt ore maritime maxime in hoſtiũ cõfinio. de quibus meminit Arcadꝰ in. l. munerum ciuilium. §. q̇ annonã. ff. de mune. ⁊ ho. ⁊ Paulꝰ i. l. limenar che. ff. de ſer. fug. ⁊ impera. in. l. nõ id circo. C. de lib. cau. in quibꝰ tñ locis li minarcha legit̃: tãq3 a limine deſcen dat: ſm glo. noſtrã. Poſſet etiã forte dici liminarchas: abſq3 aſpiratiõe: iõ ſic vocitatos: q2 ad hoc cõſtituebant̃ vt hoſtes a limine pellerent: ⁊ ſic erit vocabulũ latinum ⁊ compoſitum: et cõmunis lectio ſeruabitur: ⁊ ſecundũ hec caſtiga ṽba imperatoris: in. l. j. C.

Ayuntamiento de Madrid

de offi.comi.ori.vbi alitarchia mēdoſe legitur:pro limenarchia.i.liminum prefectura.

¶ Linea eſt collectio perſonaꝝ ab eodeꝫ ſtipite deſcendentium diuerſos gradus cōtinens:ꝛ numeros diſtinguēs: et eſt linea graduum deſcendētium et collateralium.l.j.§.ꝛ.l.iuriſconſultus.ff. de gra.affi.ita diffinit Jo.an.in appa. ſuo ſuper arborem conſanguinitatis; vbi vide late per eum.

¶ Linteum nō dubitatur velum vocari.

¶ Lintearij ſunt qui lintea nauis vel nauium vel lineariorūꝫ negotiationem exercent ꝛc.

¶ Lintearia dicitur talis negotiatio.

¶ Lintcarioſa vel lineariū eſt negotio lineariorum.

¶ Litem pendere eſt litem conteſtatam eſſe:vel litem in incerto eſſe:cum ambiguus ſit eius exitus ꝛ euentus:nam litis ꝛ iudicioꝝ euentus eſt incertus. ff.de pecul.l.quod debetur. Pendere autem dicitur lis per appellationem: vel recuſationem:conſultationem:vel relationē:vel ꝙdiu diffinitiua ſententia non eſt lata.de quo per doct.vt lite penden.per totum.

¶ Litem cōteſtari dicitur quando actor proponit intentionē ſuam ꝛ actionem coram iudice cōtra aliquem:ꝛ ille ſtatim negat:tunc eſt lis cōteſtata.Et dicitur pendere:nam in ſuſpēſo ſunt oia donec lis ſopiatur.i.terminetur:vt ad ſuperiorem negotium tranſmittatur. Et dicitur lis pendere quoad hoc vt nihil innouetur quatuor cōcurrentibus.Prio ꝙ citatio emanauerit. Secundo ꝙ a iudice competente.Tertio ꝙ ad partē peruenerit:vel a parte impediente factum ſit quominus peruenerit.Quarto ꝙ in ea talia ſint expreſſa per que pars inſtruatur ſuper quibus conueniatur:vt in clemē.ſi.vt lit. penden.Et poteſt addi quintū:vt ibi not.quod emanet ꝛ perueniat debito tempore.

¶ Litis conteſtatio eſt negotij principalis ab actore ꝛ reo hincinde facta narratio:quam narrationē precedere debet libellus:niſi forte de conſenſu partium remittatur.Fit autem litis conteſtatio coram iudice per narrationem actoris:et contradictoriam rñſionem rei:vt quia negat:vel per aliquam exceptionem quam opponit animo conteſtandi litem.i.ea mente:vt in cauſa procedat vel deſiſtat.Eſt ergo litis cōteſtatio ſm Hoſ.hincinde apud iudicem negotij principalis facta narratio per principales perſonas:non per aduocatos:niſi forte pricipales adeo fuerint indiſcreti:vt eoꝝ defectus de licentia iudicis per alios ſupplcatur: vt in.c.paſtoralis.de iudi.Et litis conteſtatio eſt initium actionis et conflictus in cauſa.de hoc vide glo.bonam in.c.dudum.ij.in verbo propoſitā.de electio.quomodo et quando fiat litis conteſtatio.

¶ Litigioſa res eſt mobilis vel immobilis res vel ſe mouens: de cuius dñio cauſa mouetur inter petitorē ꝛ poſſeſſorem cōuentione iudiciaria:vel pꝛecibus principi oblatis:ꝛ iudicibus inſinuatis:ꝛ per euꝫ futuro reo cognitis. ff.de litig.aut.litigioſa. Fit autem res litigioſa incontinenti oblato libello. Alij dicunt rem litigioſam nō eſſe ante litis cōteſta.de hoc glo.in.c.j.vt lite penden.lib.vj.

¶ Lis a cōtentione limitis prius nomen ſumpſit:de quo Vergili9. Limes erat poſitus litem vt diſcerneret agris.c.forus.de verbo.ſigni.ad medium.Et lis dicitur mota cum fuerit conteſtata.c. ex parte.ij.de verb.ſigni.ꝛ.c.aduerſario.de except.

¶ Litis quaſi conteſtatio eſt qñ aliquis cōuentus in iudicio ſuper rebus mobilibus quas poſſidet noīe alieno:nominat dñm in iudicio:ꝛ accipit inducias ad denuntiandū dño vt ad iudicem veniat vel mittat. Si autē ipſe dominus nō cōparet in termino ſibi dato:tunc lis quaſi cōteſtata eſt contra dñm:ſiue habet pro cōteſtata:ad interrumpendum longi tēporis preſcriptionem:vt in.c.qm̄ frequenter.§.in alijs.verſi.ꝙ ſi ſuper:vt lit.nō conteſt.

¶ Literis dicitur obligatio contrahi:qñ quis confitetur in aliquo inſtrumēto

Ayuntamiento de Madrid

ſe recepiſſe pecuniam quam nondum recepit: ſub ſpe numerationis future ſibi faciende: prout a creditore eidem promiſſum extitit. Illi competit actio nō numerate pecunie ſi exigitur ab eo debitum anteq̄ recepit.

¶ Litere de rato dicuntur procuratorie: quia conſtituens procuratorē ſemper adijcit in fine q̄ quicquid procurator fecerit ſuper cauſa ad quā datus eſt: gratum: ratū ꝛc. habebit: vt in.c.cum dilectus.de relig.domi.in glo.

¶ Litigatoris noīe non ſolum actor: ſed etiam reus intelligitur: vt in.c.j.de litis conteſt.lib.vj.

¶ Liuellus differt a feudo: primo quia in eo iuratur ſecus q̄ in liuello. Item feudū datur amore: liuellus vero pro mercede. Itē in feudo nō ſuccedūt femine: in liuello ſecus: ꝛ de multis alijs differētijs vide Feli.in.c.ceterū.col.v. et ſeq.in verſi.ix.fallit.de iudi.

## ¶ De L ante O.

¶ Locatio eſt perſone vel rei ad vſum facta conceſſio vel mercede vel pecunia numeranda cōuenta: alioquin de alia re erit contractus innoīatus: de quo vide not.per docto.de loca.ꝛ conduc. ſuper rubr.

¶ Loculus eſt burſa vel marſupiū.in.c.j.de depoſi.in glo.dñs loculos habuit vt indigētibus ſubueniret.xij.q.j.habebat dominus loculos.

¶ Locator eſt ille qui rem aliquā pro certo p̄tio vel certa mercede alicui vtendam concedit: vel aliū re ſua mercede ſibi conuenta vti permittit: vt cū loco tibi domum meā ad habitandū in ea: ego dicor locator: tu vero qui ſic vteris ſeu ad vſum recipis: cōductor nuncuparis: vt in.c.j.de loca.ꝛ conduc.

¶ Locati actio. Require ſupra. Actio locati.

¶ Locuples. Require.ſ.bona liberoꝝ.

¶ Locus religioſus. Require.j.religio.

¶ Locus ſanctus dicitur qui firmus eſt: et virtutibus munitus. Dño quidem qđ ſanctū.ſ.a ſanguinibus.i.a peccatis immolari debet.de quo inſtitu.de rerum diui.§.ſancte quoq̄ res.

¶ Locus inſignis ſm̄ Io.an.in.c.ſtatutum.de reſcript.lib.vj.eſt ciuitas: licet ibi nō ſint periti. Et de hoc dat ibi rationem. Sed ſm̄ Inno.Hoſti.Abba.non ſufficit eſſe ciuitatē: niſi ſit ibi copia peritorum. Compo.dicit ſufficit ſi de vicino loco poſſunt haberi periti. Paul.de Leaza.in clemē.vnica.de fo. compe.dicit inſignem locū in quo poteſt copia haberi neceſſarioꝝ pro epiſcopo: familia: et equitibus ſuis: licet non ſit copia peritorum.

¶ Loca vicina que dicantur: vide Paſ. in.c.ſuper ſpecula.in fi.de priuileg.

¶ Loci adiectio ſignificat diuerſimode diſponi. verbi gratia: teſtator dicit. Titio lego centum que ſibi volo ſolui de pecunia quam habeo in tali loco: puta tali caſtro tali arca. Et ſi in illo loco nihil eſt: tunc nihil debetur: ſi minus eſt: nihilominus tota pecunia debet. l.quidā teſtamēto.ff.de leg.j.l.lucius. ff.de ali.ꝛ ciba.leg.vbi teſtator legauit alimenta libertis: poſtea ſcripſit q̄ ex certis fundis percipiantur. ſi non pñt percipi ex illis fundis: aliūde debent ſuppleri. facit.l.paulo callimacho.§. fi.ff.de le.iij. Ratio q2 locus hic apponitur ad demōſtrationē vnde ſolutio fieri poſſit: ꝛ non ad taxationē ſeu reſtrictionem legati: quare legatum nō reſtringit: etiam q2 legatū fuit factū in genere: ꝛ ſic remanet in genere: ꝛ adiectio loci refert ad deſignationē faciende ſolutiōis. Et qđ de legato dicit: idē in cōtractu intelligit paritate rationis: vt ſi dicatur. Promitto tibi centū ſoluenda de pecunia quam habeo in tali loco. Et ibi: lego vel pmitto decē que habeo in arca: ſi nihil eſt: nihil debet: ſi minus eſt illud tm̄ debetur.l.ſi ſeruus.§.qui q̄nq̄.ff.de le.j.q2 locus adijcitur ſumme immediate: ꝛ p hoc ſignificatur q̄ illa ſumma que ibi eſt debebatur: ꝛ nō alia. Uñ teſtator vel pmiſſor ſe refert ad illđ corpus pecunie qđ ibi eſt: ꝛ ideo ſi nihil eſt: nihil debetur: vel quatenus eſt eatenus tm̄ debetur. Cetera multa exempla ponit Petrus burgūdi.§.ſacramēta.l.inter ſtipulantem.ff.

Ayuntamiento de Madrid

tem.ff.de verb.obli.⁊ finaliter loci ad-
iectio operatur qđ ratio dictat: vel lege
diſponitur: vel ꝑut voluntas diſponen-
tis dictat: quam quodvis mediū pro-
babile declarat: vt.l.cū certus.ff.de vi-
no tritico ⁊ oleo lega.l.ſi debitor.§.j.ff.
de contrahen.emp.⁊ vendi.l.eum qui
kalendis.ff.de verb.oblig.l.legatū.§.
vim.ff.de annu.lega.l.ex eo.ff.de vino
tri.⁊ ole.lega.cum ſimilibus.

¶Logographus.i.ſcriptor publice ra-
tionis: ⁊ dicitur a logos ſermo vel lexis
ratio.⁊ graphos ſcriptura: ſm Accur.
in rub.C.de tabel.ſcri.⁊ logo.lib.x.

¶Lolium herbe genus: alio noie zizania
dicitur: vt etiā declarat glo.in cle.dudū.
de ſepul.in ỽbo zizanie. Proinde cor-
rigēda ſunt ỽba Celſi apud Ulpianū
in.l.ſi ſeruus ſeruū.§.inquit lex.ff.ad
l.aquil.dum querit ſi loliū aut auenā
in alienam ſegetem.caſtiga ſi lolium.

¶Lorice genera ſunt armorū: vt in aut.
de armis.§.penul.

¶Longa cōſuetudo eſt que.x.vel.xx.an-
nis inducitur: ⁊ multo magis lōgiori tēpe:
vt ſi.xxx.vel.xl.annis perdurat.

¶Longum tempus: longiſſimum ⁊ lon-
geuum.vide Azo.in ſum.que ſit lōga
cōſuetudo.§.j.et dicitur longū tēpus
inter preſentes decēniū: ⁊ inter abſen-
tes vicēnium.l.fi.C.de preſcript.long.
temp.⁊.§.j.inſti.de vſucap.

## ¶De L ante V.

¶Lucrifacere.i.acquirere.

¶Lucrum refertur ad oia prouenientia
ex ꝓſperitate fortune qualiacūq; ſint:
queſtus tamen comprehendit ſolum
lucrum prouenies ex induſtria ꝑſone:
vt eſt tex.⁊ gl.in.l.⁊ ſi adiecit.ff.pro ſo-
cio.not.Abb.in.c.ſedes.nume.xiij.de
reſcrip.Que autem ſint honeſta lucra
vide Specu.in titu.de cleri.coniuga.
verſi.ſed quam dices.

¶Luctus tēpus aliī vſq; ad trigeſimum
diem: alij vſq; ad quadrageſimū ob-
ſeruabant.xiij.q.ij.et femina ſi nubat
intra tēpus luctus infamis eſt ſm le-
ges ciuiles: vt.C.de ſecū.nup.l.j.⁊.ij.

¶Luere.i.liberare.vnde dicitur: pignus
luitur.i.liberatur. Alio modo accipi-
tur pro puniri: vnde dicitur. Luo pe-
nas.i.punior. Unde. Ere luo pignus
penas cruce: luce tenebras. Dicitur ⁊
luere quaſi ſalitur ouis. De primo ſigni-
ficato vide inſti.de leg.§.ſed ⁊ ſi rem.

¶Luere debet in corpus obligatus ad
penam pecuniariam pro maleficio cō
miſſo: ſi nō eſt ſoluēdo: ſecus ſi eſt obli-
gatus ex contractu vel quaſi: quia tunc
expectatur donec peruenerit ad pin-
guiorem fortunam. Panor.c.ſtatui-
mus.in.iij.not.de maledic.

¶Lugubrare.i.vigilare: ⁊ nocti proprie
attribuitur. Sic dicitur: luna habet ra-
dios lugubres: ⁊ ſol claros.vide inſti.
de leg.§.noſtra.in tex.⁊ gloſ.

¶Lupinum eſt genus leguminis nō mi-
nus terrā appetens ꝙ lupus pecudes
⁊ inde nomen ſumpſit: tellurē mirum
in modū amat vt ꝙuis fructeto ſolo
coniectū inter folia vepreſq; ad terrā
tamē radice perueniat: ⁊ inter fruges
enumeratur a iuliano in.l.frugem.ff.
de verb.ſigni.

¶Luſtrum eſt ſpatiū quinq; annorum:
vnde dicitur. Indictio conſtat ex tri-
bus luſtris.i.durat vſq; ad.xv.annos:
vt extra de fide inſtru.inter dilectos.
vide.ṡ.indictio.

¶Luxuria.not.Archidia.de conſue.ca.
fina.lib.vj.

## ¶De M ante A.

Machinatio.vide.ṡ.do-
lus.⁊ eſt quaſi aſtutum
ingeniū.quid eſt ꝙ hō
ſemel deditus malitie
nō adinueniat? in aut.
vt hi qui ob.ſe habere
perhi.res minori.poſt prin.col.vj.

¶Magnanimitas eſt ornatus oim vir-
tutum: ſm philoſophum.v.ethi.⁊ eſt
magnanimitas in imperatore.l.j.C.de
teſta.lib.vj.

¶Magnificus dicitur quaſi magna faciēs: ⁊
ideo hoc ỽbū cōpetit regi ex etymolo-
gia vocabuli. Ab.i.c.nouit.de of.dele.

¶Magiſter nauis.require.ṡ.Actio exer
citoria.⁊.C.eo.ti.l.vnica.lib.xij.



Ayuntamiento de Madrid

¶ Magiſtri ſcriniorum dicebantur qui ſcriniis ſacri imperij ꝑpoſiti erāt: vel ſūt pragmaticarij: ſic dicti: q2 pragmaticas ſanctiones: illas .ſ. quas principes faciebāt ⁊ ſtatuebant cōſilio procerum ſuorum ſcribebant: ⁊ exempla earum in ſcriniis repoſita ad memoriam cuſtodiebant.

¶ Maior dicit̄ ille qui .xxv. annorum implevit etatē. de quo no. inſti. de cu. per totum. ⁊ per doc. de reſti. in integ. c. j.

¶ Maior pars attenditur quo ad numerum: ⁊ ſanior quo ad zelum iudicum. Vel poteſt dici maior pars que maiori innititur rationi: vt .ix. diſtin. ſana. et .xvij. diſt. c. multis.

¶ Maiuma eſt ludus q̄ vigebat in maio: et dicit̄ a maio: vel maiuma grece: latine ingreſſus .ſ. eſtatis quādo herbe frondeſq3 virētes letificāt. Inde venit maius. C. de maiuma. in rub. lib. xj.

¶ Maiuma erat quidā ludus qui fiebat in mēſe maij. not. C. de maiuma. lib. xj. in rub. ⁊ ſic fieri debebat vt morū ſeruaretur honeſtas: ⁊ verecūdia caſtis moribus perſeueraret. l. vnica. eo. ti.

¶ Mangones ſiue ventilarij ſunt qui in ſeruis emendis vel vendendis mercationem exercent.

¶ Magi ſunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinez nuncupantur. hi ſunt qui permiſſu dei maleficiis elementa concutiunt: turbant mētes hominum minus confidentiū ⁊c. xxvj. q. v. nec mirū. Et ibi qui ſunt necromantici: hydromantici: ⁊ de augurijs ⁊ auruſpicijs: que oia ibi reprobantur. Dicit enim Auguſtinus. x. li. de ciui. dei. ibi ad finem: q̄d ideo quiſq3 nō debet eis credere: quia aliquando eueniunt que predicunt: aut ſanare vidētur infirmos: aut ledere ſanos: q2 hoc permiſſu dei fit: vt ipſi qui hoc audiunt vel vident: probētur: ⁊ appareat quali fide vel deuotione ſint in gratia erga deum. Hec ibi.

¶ Macellare eſt mactare vel trucidare. Inde dicuntur macellarij qui pecora vel quadrupedia mactant: vt eſt gl. v. in cle. ſ. de vita ⁊ honeſta. cleri.

¶ Magiſter dicitur qui pre ceteris alicuius rei ſine negotij curam gerit. Et interpretatur ſyllabiliter quaſi in maiori ſtatu exiſtens: ſed literaliter ſic q̄ſi manum acrem gerēs inter ſcholares: tenens eos rigide. ſm̄ gloſ. vero. c. ſ. de magiſtr. dicit̄ a monendo ſiue a monſtrādo: vt. ff. de ver. ſig. l. quibus vim.

¶ Magiſtratus: pretores vel cōſules dicti ſunt: eo q̄d maiores ſunt reliquis officijs: ⁊ illi ſunt tanq3 capitis principis mēbra: vt. C. ad. l. iul. maieſta. quiſquis. Et horum alij ſunt maiores: alij minores: alij medij. Maiores: vt illuſtres: qualis eſt ꝑfectus pretorio orientis: item illyrici: itē aphrice: item vrbis rome. Minores ſunt clariſſimi: puta preſides prouinciarum. Medij ſunt ſpectabiles: vt procōſul: prefectus egypti qui dicitur auguſtalis: vt. ff. de officio prefecti auguſta. Excellētiores ꝑfecti ſunt prefectus ꝑtorio orientis ⁊ illyrici: quorum officiū eſt: vt ab eorum ſentētijs non appelletur. Item nec cōtra eorum ſentētias datur reſtitutio niſi ab ipſis. Item cōdere poſſunt leges: vt tamen non ſint contrarie generalibus legibus vel cōſtitutionibus: vt. C. de offi. prefec. orientis ⁊ illy. l. formam.

¶ Maioritas eſt multiplex: alia ordinis: alia dignitatis: alia ſenectutis: alia ꝑlationis: de quibus vide ꝑ Abba. in. c. ſtatuimus. in prin. de maio. ⁊ obe. vel dic q̄d quis dicitur maior altero quatuor modis nobilitate: diuitijs: potentia: et honore: ſm̄ Abb. in. c. ſuper eo. de teſti. in verſi. not. quatuor qualitates. ⁊ Feli. eodem capitulo. verſi. no. ij. ibi: ſuperior. col. iij.

¶ Maledicus eſt qui obloquit̄ de hoīe detrahēdo ei: ⁊ eū obloquijs deprimēdo: vt. c. ſ. de cler. maled. Summa autē iniquitas eſt detrahere: ⁊ oīs qui detrahit fratri ſuo: homicida eſt. vj. q. j. c. ſumma. ⁊ detractores fratrū homicide ſunt. de pe. diſ. j. homicidiorum. Non tm̄ ſemꝑ peccāt maledicētes: vt. xxiij. diſt. c. in noīe dn̄i. in fi. vbi ponit̄ longa maledictio. q2 maledicorum duo ſunt genera. c. cū ſancti. xxiiij. q. iij. Omnis eīn blaſphemus dei ⁊ ſanctorum maledicus eſt. c. ſtatuimus. eod. titu.

Ayuntamiento de Madrid

alefidei poſſeſſor eſt q̇ ſcit ſe alienū
upaſſe.§.qđ autem.inſti.de vſuc.
alleatores adulterine monete ſunt
i falſam monetam malleant.
ancipium eſt ſeruꝰ vel ancilla: ⁊ eſt
utri generis in voce: ſed cōmunis
eneris in ſignificatione: et dr̄ quaſi
anu captum: ⁊ dicitur mancipium
mne quod manu capi pōt: ſicut bo⸗
es equus: ⁊ hoc generaliter: ſed ſpe⸗
aliter tantuꝫ ſignificat homines: qr
les erāt ſerui capientium eos in bel
lo iuſto.
ancus eſt defectuoſus et ſm̄ catho
licon dr̄ quaſi manu carēs: vt cui ma⸗
nus abſciſſa eſt: vel is qui ex imbecilli
tate dextere facilius vtitur ſiniſtra.ff.
de edil.edic.l.qui clauium.§.pe.
Mandatū ſm̄ Azo.eſt officium ab eo
qui gratuito ſuſcepit exhibendū. Et
dicitur mandatum quaſi manu datū.
Quod em̄ aliquis per ſe facturꝰ erat:
alij gerendum cōmittit: cōtrahit ſolo
conſenſu. Et not. quod mandatū po⸗
ſterius factum non derogat priuile⸗
gio: niſi de hoc faciat mentionem.c.
graue.de offi.ordi. Item per manda⸗
tum generale non prohibentur niſi il⸗
licita.c.ſup quibuſdā.de verb. ſignifi.
Item tm̄ valet mādatū generale quo
ad omnia: quantum ſpeciale quo ad
quedā.de vo.⁊ vo.redemp.c. magne.
§.j.Item rei turpis mandatum nul⸗
lum eſt.ff.mand.l.iij.Item qn̄ manda
tum vel pactum vnum continet in ſe
duo quorum vnum eſt poſſibile: ⁊ al⸗
terum impoſſibile: non obligat in cō⸗
tractibus: vt ſi ego exiſtens rome pro
mitto tibi hodie dare.x.erfodie. Sed
qñq; obligat i iudicijs vt ſi iudex mā
dat alicui ꝙ ꝯpareat corā eo die ipoſ
ſibili: tunc tenetur comparere die poſ
ſibili ſm̄ Hoſtien.c.dilecti.de do.⁊ cō
tuma.Item qui exequitur mandatū:
non debet excedere fines mandati.in
ſtitu.manda.§.ſi is qui. Item manda
tum ſpeciale derogat generali: etiā ſi
de eo non facit mentionem.c.paſtora⸗
lis.de reſcrip.ſm̄ Bern.in queſtioni
bus.⁊ hoc fallit in quatuor caſibus.
Primo in mādatis generalibus: que
ſunt in effectu ſpālia .c.ex parte.de of⸗
ficio deleg. Secundo in priuilegijs.de
reſcrip.cum ordinem. Tertio quādo
res nō eſt integra. Quarto in legatis.
ff.de ſupel.leg.l.iij. Et differunt man⸗
datum: iuſſio et preceptum: quia iuſ
ſio importat neceſſitatem: nec finitur
morte iubentis: quia ſucceſſor id fa⸗
cere tenetur. Mandatum vero impor
tat liberam obſequendi voluntatem:
⁊ finitur morte.vnde. Preceptum nō
ꝑcipitat mors precipientis. Manda
tum mandatore cadente cadit: vt no⸗
ta.de reſcrip.eam te.⁊.c.in his.de ver⸗
bo.ſignificatio. Quidam tamē dicūt
quod tam preceptum quam manda⸗
tum finitur morte: ſi nominibus exꝑſ⸗
ſis ſcribantur ſecundum Jo.an.xiij.
q.j.quod precipitur.

¶ Mādator dicitur ille qui aliquid mā⸗
dat alicui vt ſibi vel alij aliqđ faciat.
Require.s̄.fideiuſſor.

¶ Mandatarius eſt qui mandatū ſuſci⸗
pit adimplendum. Et quando man⸗
datarius accuſatus de crimine conue
niri poſſit ex ſua perſona: vide.l.non
ideo minus.C.de accu.⁊ inſcrip.⁊ no.
in.c.mulieres.⁊.c.vt fame.de ſentē.ex
cōmuni. Et inter iſtos oriuntur actio
nes hincinde: qr ille qui ſic mandat
alteri: cōtra illum qui mandatū ſuſci⸗
pit adimplendum: cū prius cogi non
poſſet ꝙ reciperet mādatū: competit
actio mandati directa inquantū eius
interfuit factum fuiſſe quod mādaba
tur. Rurſus ipſi mandatario qui mā⸗
datū ſuſcipit: competit actio mādati
cōtraria ſi quas expenſas fecit vel im⸗
penſas ratiōe mādati ſuſcepti: inquā
tum nō exceſſit fines mādati. Si vero
mandatū exceſſit in impenſis factis:
ipſas non repetet per actionem man⸗
dati cōtrariam. Sed inquantum vti⸗
liter expendit per actionem negotio⸗
rum geſtorum repetet.

¶ Manifeſtum eſt publica vel famoſa ꝓ
clamatio ex certa ſciētia ⁊ certis auto
ribꝰ ꝓueniēs. Et pōt manifeſtū ꝓba⸗
ri per multos teſtes vel autores: nō tm̄
per tot ꝙ fiat notoriū. vide gl.in.c.cō
ſtitutionū.de verbo.ſig.lib.vj.⁊.vj.q.

Ayuntamiento de Madrid

ij.placuit.Spec.tit. de noto.cri.§. ſequitur de manifeſto.circa prin.vbi dr: manifeſtum eſt quod patet pluribus: ſed non omnibus:ſed notoriū omnibus patet:vt no.in.l.ciues.C.de app. per Bald.& Butriga.

¶ Manifeſtum illud dicitur quod ex cōiecturis apparet.c.ſ.& ibi Abb.in.ij.nota.de cleri.non reſi.

¶ Manifeſte vel palam teſtari dicitur q̄ non in publicum heredem nominat: ſed coram teſtibus qui ad ſolennitatem ſufficiant teſtatur.

¶ Manet.i. tenet vel aſtringit.c. cū laicis.de reb.eccle. nō alie. Ubi dicit ꝙ laicis q̄uis religioſis diſponēdi de rebus eccleſie nō eſt data poteſtas:apd quos obſequendi manet neceſſitas: non autoritas imperandi.de conſtit. c.eccleſia ſancte marie.

¶ Manichei ſunt q̄ Chriſtum dicūt nō eſſe verū hoiem:vt dicit glo.ſ.in.l.manicheos.C.de here.& mani.Extiterūt a quodam perſa qui vocatꝰ eſt Manes q̄ duas naturas & duas ſubſtantias introduxit.i. bonam & malam: et animas ex deo quaſi ex aliquo fonte manare aſſeruit.Teſtamentū vetꝰ reſpuunt:nouū ex parte recipiunt/ita dicit textꝰ.xxiiij.q.iij.c.quidā.vbi varie ſecte hereticoꝝ enumerant: & in.l. arriani.C.e.De multiplici hereticoꝝ nomine vide in.d.c.quidam.

¶ Manſer eſt filiꝰ illegitimꝰ proprie de ſcorto natus: ſm Hoſt. quaſi vulgo queſitus.Uñ ſm Abb. Manſeribus ſcortū:ſed mecha notis dedit ortum. Ut ſeges a ſpica:ſic ſpuriꝰ eſt ab amica.Dant naturales q̄ nobis ſunt ſpeciales.c.niſi cū pridē.de renunc.in.§. perſone.in fine.vbi gloſ.

¶ Manſus ſm vulgare Italorum dr q̄titas terre que duobus bobus ſufficit in anno ad laborandum.

¶ Manumiſſio eſt datio libertatis: id eſt detectio.ff.de acq.re.do.l.adeo.§. cum quis.in fi.Sed ſm Pla.Joan.et Azo.datur ſeruo libertas quam prius nō habuit:alias non diceretur dare ſibi.ff.de act.§. ſic itaq;.l.ſ.& gl. inſtit. de liber.in ver.datio.vbi vide vtrum quis det qd non habet.&.ca.ſ.de negli.prela.vbi pro & cōtra de dn̄te vſumfructum formalem:& de creditore transferente dn̄ium pignoris manumiſſus dicitur qui eſt libe[r] a manu:& poteſtate dn̄i. Nā q̄diu ſeruitute eſt:ſub manu & poteſtate [do]mini ſui eſt:ſz poſtq̄ manumiſſus illo liberaf.ergo dicif quaſi extra [ma]num:id eſt poteſtatem dn̄i ſui miſſ[us] & talis dicitur libertus domini ſu[i] dominus patronus eius.

¶ Manumiſſio teſtamētaria dici pe[r] omne illud quodcūq; ex cauſa te[ſta]menti preſtatur:vel propter teſtam[en]tum contingit. Et not.ad hoc ꝙ manumiſſio inter amicos requir[it] q̄nq; teſtes.C.de lati.li.tol.l.vnica. ſancimus.Uerū eſt in vltima vo[lun]tate. Sed ad manumittendū inte[r] uos ſufficiunt duo teſtes:vt no.in [ ] &.§.&.l.prealleg.

¶ Manualis obedientia.no.de maio. obe.bis qui.dereſti.ſpe.olim cauſ[a] ad quā ſubditi tenenf p̄latis ſuis ne ſcriptura & iuramento:vt not.i[n] legebatur.de maio.& obe.

¶ Mappa eſt ornamentum equi:& ſu[nt] linteamina alba quibus cooperiu[ntur] equi cardinaliū cum faciunt proc[eſ]ſionem.no.in aut.de conſuet.§.qu[an]tumcunq;.

¶ Manipula eſt quoddam ornamen[tum] quod imperator Cōſtantinus card[i]nalibus conceſſit.Alij dicunt man[i]pulam eſſe mitram epiſcopalem. vi[de] Spec.in rationali diuinorum . lib.[ ] ſub rubri.de manipula.& videbis p[ul]cherrima.

¶ Mariti appellatione nō veniunt ſpō ſi de p̄ſiti in materia odioſa : ſecus i[n] fauorabili:qr tūc veniunt ſpōſi de futuro:vt dicemus.ſ.in litera.U.in verbo vxoris appellatione.

¶ Maſſaritia eſt idē ꝙ ſupellex: vz omne vtenſile domus:cuius appellatiōe veſtis nō continetur:vt.l. ſi q̄s in fundi vocabulo.ff. de leg.ſ.

¶ Maſticonium eſt domus vbi lepro[ſi] congregantur.

¶ Maſculinum cōcipit femininū: vt.ſ[...]

Ayuntamiento de Madrid

lega.iũ.l.qui duos.ꝛ.c.generali.de
ec.lib.vȷ.ꝛ.l.quicũq̃.C.de ſer.fugi.ꝛ
ſignificatur ꝑ dictionem maſculini ge
neris:vbi gratia ibi. Filijs meis do tu
tores:etiam filie ſignificãtur.ff.de te-
sta.ꝛ.l.ſi ita. Ratio eſt volũtas ex eq̃li
affectione prouidẽdi eis vt tueantur
bona ſua cõſeruẽtur. Sed ibi:filios
meos exheredo:maſculinum nõ cõci
pit femininum:quia filia non compre
hendit.l.ȷ.§.queritur.ff.de vẽ. in poſ.
mit. qꝛ maſculinum de ſe prolatũ non
ſignificat femininũ:nec eſt ibi aliqua
coniectura probabilis qua hoc cõclu
datur:ſꝫ eſt odiũ exheredationis qđ
dictat ſignificatum verbi non extẽdi:
vt in regula odia.de reg.iur.lib.vȷ. Itẽ
ibi:quicũq̃ it vel proijcit de nocte per
feneſtram nocẽs:ſoluit decem. ſignifi
catur etiam femina.l.quicũq̃.prealle.
Et ſumitur ſignificatũ ex paritate de-
licti. Similiter ibi. virum ſanguinũ ꝛ
doloſum abominabitur dominus:cõ
prehenditur etiã femina ratione deli-
cti qđ odit etiam deus in mulieribus:
ſꝫ ceteris paribꝰ magis peccet maſcu
lus q̃ femina:qꝛ ratio naturaliter in
eo plꝰ dominatur. Et ergo in crimine
leſe maieſtatis crimīnoſus punitur ꝛ
filij ſui:vbi etiam filie comprehendũ-
tur:mitius tamẽ puniuntur femine.l.
quiſq̃s.C.ad.l.iul.maieſt. Itẽ ibi:ſi mi
hi filius natꝰ erit:ex beſſe heres eſto:
ꝛ ex triẽte vxor. Si vero filia naſceť:ex
triẽte heres eſto:ꝛ ex beſſe vxor:ſi filiꝰ
ꝛ filia naſcuntur:hereditas diuiditur
in ſeptẽ partes:vt filius quatuor:vxor
duas:ꝛ filia vnã habeat:ꝛ ſic videtur
voluiſſe teſtator:nã appellatione filij
nõ continebatur filia.l.ſi ita deo.de li-
be.ꝛ poſth. Nec ibi ſignificatur femi-
na dicendo:q̇s poteſt eſſe aduocatus
in etate.xvij.annorum.patet ex edicto
de poſtulando:q̊ prohibentur femine
poſtulare ſaltẽ pro alijs.l.ȷ.§.ſexum.ff.
de poſtu. Et idẽ de ꝓcuratore quoad
eſſe ꝓcuratorẽ in iudicio.l.femine.ff.
de procurato. Idẽ etiam in teſte ad te-
ſtamẽtum:iure ciuili romanorũ:vt in
§.teſtis.inſti.de teſta.imo qđ plus eſt
ſi exprimatur nomẽ communis gene-
ris:vbi autem numerus teſtiũ nõ ad-
hibetur:duo ſufficiunt.l.vbi numerꝰ.
ff.de teſti.ꝛ continetur etiam mulier.
Idem in omni materia in qua ratiõe
vel lege:ſtatuto:vel vſu nõ fit differẽ-
tia inter virũ ꝛ mulierem:quia tũc ad
paria iudicãtur. Aut enim eſt adiecti
uum ipſum maſculinum:vt quicũq̃:
quiſquis:quidam ꝛc.ꝛ cõcipit femini
num:quia itelligitur homo vel perſo
na:vt.l.metum.§.animaduertẽdũ.ff.
qđ met.cauſa.ꝛ.l.vnica.in fi.C.de rap.
virgi. Aut eſt nomẽ appellatiuũ:vt fi-
lius:ꝛ tunc ſi de fauore agitur:conci-
pit:ſi de odio nõ concipit.vt not.in.l.
quicũq̃.C.de ſer.fugi.prealleg.ꝛ in.l.
ȷ.de verb.ſigni.vbi gl.ponit exceptio-
nes. Sed econuerſo femininum non
cõcipit maſculinum:quia appellatio-
ne feminini non ſignificatur intelligi
maſculinum niſi euidentiſſime appa-
reat:ſicut ſub vno nomine appellati-
uo aliud ſignificať.l.ſi quis in fundi
vocabulo.ff.de leg.i.cum ibi nota. Et
hec dicta intelligũť de maſculino.i.de
dictione maſculini generis. Sed ma-
ſculinũ q̃n̄q̃ ſignificat maſculinũ:v-
bi gratia.teſtator legat ancille liberta
tem ſi primo pareret filiũ:peperit filiũ
ꝛ filiam ex eodẽ vtero:ꝛ incertum eſt
quis primo natus ſit.dicit text.q̄ filiꝰ
cenſetur prius editus.l.ſi fuerit.§.fin.
ff.de reb.du. Ratio:qꝛ de natura maſ-
culus fortior eſt femella eiuſdẽ etatis.

¶ Maſculinum cõcipit femininum:ſed
non econtra. Panormi.in.c.ſuꝑ inor
nata.in.ȷ.col.verſicu.nec ſtatutum.de
prebendis.

¶ Maſculinum eſt dignius feminino qđ
concipit ad mentem legiſlatoris:non
quantum ad verba:vt.l.ȷ.ff.de verb.ſi
gni.vbi bona gloſ.

¶ Matematici ſunt q̇ dicunt ſe ſcire ali-
quam artem diuinandi:et dicuntur a
mateſis:media lõga quod eſt diuina-
tio:ꝛ profertur penultima producta ſi
ne aſpiratione. Sed matheſis penulti
ma correpta cũ aſpiratione ſignificat
quadriuiũ.vnde. Scire facit mathe-
ſis:ſed diuinare mateſis.

¶ Matricuria dicitur habẽs curam ec-



Ayuntamiento de Madrid

cleſie.textus ꝛ gl.in capitu.mulieres. xxxij.diſtin.

¶ Materfamilias eſt que i honeſtate vi- uit.vñ nec nuptie nec natales faciunt matremfamilias ſed boni mores.

¶ Matricula eſt chartula in qua ſcribit aliquid:ꝛ precipue liber vniuerſitatis in quo nomina ſuppoſitorum conſcri būtur ꝛ immatriculātur: ꝛ eſt diminu tiuum a matre.l.matricula.C.de agē. in reb.lib.xij.ꝛ in.l.ij.eodem ti.ꝛ.l.peti tionez.de aduoca.diuerſo.iud.ff.ꝛ.c. perlectis.iuncta glo.in verſi.matricu lis.xxv.diſtin.

¶ Matertera eſt matris ſoror.vt in ſti.de gradi.cog.in gl.ver.patruus.

¶ Matertera magna eſt auie ſoror:ſicut promatertera proauie ſoror.

¶ Matricularius dicitur habēs officiū pulſandi campanas:vel qui hȝ matri culare ſtudentes.

¶ Matrix eccleſia ponitur ꝑ maiori ba- ptiſmali que generat baptiſmuȝ ſicut mater:vt gloſ.in verb.matricē.in cle.ſ. de ſen.excom.

¶ Maturare quādoq; ſignificat feſtina re:quādoq; eſt ꝑ ſolē digerere: vt fru- ctus maturantur.

¶ Maturus quis tripliciter oſtenditur: vultu:geſtu:voce.Spe.in ti.de aduo. §.v.verſi.cum autem.

¶ Matrimonium idem ſonat quod nu- ptie:ꝛ eſt legitima maris ꝛ femine con iunctio:indiuiduam vite conſuetudi neȝ retinēs.xxvij.q.ij.§.ſ.ꝛ de ꝑſump. c.illud.de ꝯuer. infi.ex literis.ꝛ ſubau di hoc:ſcȝ ad propoſitum in quo de- bent eſſe tēpore quo nubūt vel matri- monium contrahunt.inſtit.de pa.po. in princip.Et matrimoniū eſt duplex: ſcȝ verum:ꝛ preſumptum.Uerum:qḋ cōtrahitur inter perſonas legitimas per verba apta:nullo ipedimento ſub exiſtente.Preſumptum dicitur quan do inter perſonas legitimas interue- nit tractatus de cōtrahendo:vel ver- ba apta:in euētū tñ cōditiōis vel arbi triȷ alieni:ꝛ ſuccedit copula carnalis: vt inquit Hoſt.Et non dicitur ꝑrimo niū (lȝ a digniori debeat fieri denomi natio:ꝛ tantum votum habeat vir in

liberos:ſicut mater.l.liberoꝝ.ff.d
borum ſi ꝯni.)ideo quia mater m
exercitiū vel officium exercet cir
beros quā pater.c.fin.de conuer
iuga.qꝛ ante partum oneroſa:in
tu doloroſa:ꝛ poſt partum labo
Igiť ad honorē eius dr̄ matrim
vt etiam de conuer. infi.c.ex lit
Et no.ꝙ matrimonij tria ſunt ſu
tialia que dicūtur bona eius.vt d
di.appo.c.vlt.ꝛ.xxvij.q.ij.omne
ſcilicet fides:proles :ꝛ ſacramen
Et ſi apponitur conditio cōtra
bonum matrimonij vel eius ſub
tiam:nullum eſt matrimonium.
plum de primo:ſi dico:contraho
ſi te pro queſtu adulterandam
ſueris:non eſt matrimoniū:qꝛ
tra bonū fidei:qḋ cōſiſtit in eo
alter coniugum ſuum corpus(q
nō eſt:ſed ꝯſortis ſui)nō expon
det alteri:alꝰs eſt adulter:fur:
fractor.Exēplum de ſcḋo:vt ſi di
traho tecum / ſi generationem
euites:ſi venenū ſterilitatis acc
non eſt matrimonium:quia con
cundum bonum eius:ſcilicet bo
prolis:propter quam multiplic
fuit matrimoniū a deo inſtitutū
plum tertij:ſi dico:contraho tec
nec ditiorem vel pulchriorem ha
ro:nō tenet matrimonium :qꝛ
tra ſacramētum indiuiduitatis:
nullum debet eſſe diuortium inte
iuges. Sic eodem modo dic qḋ
ſio religionis non tenet dummo
contra bona vel ſubſtantialia re
nis:que ſunt etiam tria : ſcilicet
tas:obedientia:ꝛ abdicatio prop
tis:ꝛ de his pone exempla ſuo m
vt ſupra. At ſi dico.contraho te
ſi furtum feceris:ſi digito celum
geris:eſt matrimonium : quia t
ꝛ impoſſibilis cōditio que non
tra ſubſtātiam matrimonij hab
pro non adiecta.c.ſ.ꝛ vltimo.de
tio.appo.Et nota quando contr
tur matrimonium:ꝛ quādo ſpon
de futuro:declarať ex ſignificato
borum prolatorum: ꝛ actuum ſe
tiū.Unde verba formalia matri

Ayuntamiento de Madrid

ſunt illa quādo vir dicit accipio te in meam mulierē: ⁊ mulier. Accipio te in meum virum. c. licet. de ſpon. duo. et c. ſi inter. de deſpon. Similiter eſt matrimonium ſi quis iuraret quod aliquā ab hoc tempore pro coniuge teneret: ⁊ ei ſicut vxori fidē ſeruaret: et ipſa eidē iuraret ſe illū ꝑ marito habiturā: et ſibi tanq̄ viro proprio ſeruiturā: vt in. c. ex parte. de ſponſa. Nam licet ibi non exprimātur verba formalia: tamē idē eſt ac ſi vnū de equipollētibus fiat vt. l. certum. ff. ſi certū petatur. Dicunt etiā quidā docto. qđ verbum habiturum hic ſignificat preteritum: non futurum. Similiter dicendo: ꝑmitto tibi quod nunq̄ habebo aliam vxorē niſi te: vel volo te ⁊ non aliam in vxorem: vel conſentio in te ſicut in meam vxorem: vel promitto qđ volo te habere in vxorē. vel placet mihi te habere in vxorem: vel promitto qđ tibi ſeruabo fidē ſicut vxori mee: vel volo qđ ab hac hora in antea ſis mea vxor: vel iuro quod habebo te ꝑ legitima vxore. de hoc vide. xxij. q. iiij. §. vltimo. verſi. eſt etiā. Item ſi dixerit: iuro vel promitto tibi tanq̄ vxori dūmodo verba mulieris ſequant̄: cōtrahitur matrimonium per quēlibet predictorum modorū: vt not. ibi Speculator eodem titulo. §. primo. Item ibi: ſi dicat vir: iuro quod tu es vxor mea: et mulier econtra. iuro quod tu es vir meus. dicunt quidam quod non ſit matrimonium de preſenti: ſed ſponſalia de futuro: capiendo es pro eris. ff. de verborum ſignificatione. l. verbum erit. Nam ⁊ ſi ſint verba preſentis temporis: non tamen ad matrimonium apta: ergo alij dicūt qđ nec ſponſalia contrahantur. Sed ibi promitto qđ te ducam in vxorem: et de cetero tenebo te vt vxorem: ſunt ſponſalia: quia ſenſus eſt: ego te ducā: ⁊ ex quo te duxero de cetero te tenebo. argumen. capitu. ex literis. ij. de ſponſa. Secus ſi nō addito verbo ducam: dicat: ꝑmitto quod tenebo de cetero in vxorem etiam dimiſſo hoc v̄bo de cetero: tūc eſt matrimonium: vt capitu. ex parte. et ſponſa. prealleg. Item ſi dicat promitto: qđ tenebo te in vxorem donec terra ponatur ſuper oculos meos: et mulier eodem modo reſpondeat: et vir intelligit deceptorie: id eſt donec ſibi placuerit / quia dum non placebit ponet terram ſuper oculos: ſi ſibi appareret de diſſenſu: non eſt matrimonium: alias ſic / quia iſta verba donec terra ⁊c. ſignificant tempus mortis. Similiter donec oculi et os mihi claudantur. capitulo ex literis. primo de ſponſa. Item ſi vir cōtrahit cum vna ſub conditione: et cum alia pure: ⁊ cōditio ſub qua cum prima contraxit: exiſtit: iudicandum eſt pro matrimonio ſecūdo cōtracto. capitu. ſuper eo. ⁊ capitulo de illis. ⁊ capitulo per tuas. de conditio. appo. ſecundum Hoſtiē ſem: quia matrimonium purum p̄fert̄ ſuſpenſo ⁊ conditionali. Alij dicunt iudicandum pro primo / quia per primum partes ligarunt ſe ſub cōditione / nec habent in poteſtate ſe ſoluere donec eueniat conditio: ⁊ per conſequēs non cū alio cōtrahere. l. potior. C. qui potiores in pigno. habeantur. ⁊ dicunt qđ dictum precedens eſt potius ex ratione ciuili inductum propter melius bonum matrimonij preſentis et certi quam futuri ⁊ incerti. Alia exempla vide ſupra de cōditio. Item nota de matrimonio beate v̄ginis quod iſta conſenſit in copulam carnalem cum Joſeph: nec illam committendo: nec appetendo: ſed diuine inſpiratiōi in vtroq; obediēdo. xxvj. queſtione ſecūda. §. cū ergo. non propoſuit ſe ſeruaturam virginitatem in corde: ſed votum virginitatis non expreſſit ore: ſubiecit enim ſe diſpoſitioni diuine: proponēs ſe perſeueraturā in virginitate niſi deus ei aliter reuelaret / ſecundū Goffredū de ſpon. De origine autem matrimonij ꝙ ſit a triplici iure: videlicet / a naturali / gentium / ⁊ ciuili. vide in gloſſa. inſtit. de iur. na. gen. ⁊ ciui. §. matrimonium. et quot modis poteſt impediri / vide inſti. de nupt. in gloſ. §. enumerari. vbi ponuntur quatuordecim.



Ayuntamiento de Madrid

¶ Matrona dicitur q̃ iam nupſit: quaſi
que in matrimonio conuenit.
¶ Matula genus vaſis eſt ad vrinam ⁊
aquã tenendã: ꝑinde mũdo mulicbri
cõtinef: vt ſcripſit Vlpi. in. l. argumẽ-
to. §. mũdus. ff. de aur. ⁊ arg. leg. Alio
noie matella ⁊ matellio dicitur. Plau.
in amphi. Ne tu poſtulas matellam
vnã tibi aque infundi in caput?
¶ Maxime quandoq; dicitur compara
tiue. Aliquãdo pro tantum. de fil. pſ-
by. ca. ad abolendam. Aliqui legunt
maxime pro magis: ⁊ ſic tenef ꝓprie:
ſm Ber. ibidẽ. Itẽ maxime ſupponit
idez in alio caſu: ſed maiorẽ eſſe ratio
nez in expreſſo. C. vnde libe. l. fi. Aliqñ
ſubauditur: vt. l. verum. in prin. ff. ꝓ ſo
cio. Ad primum facit. ff. de proba. l. cũ
de ide. in prin. ⁊ ibi maxime. de peni. ⁊
re. ca. officio. in fi. de ſpõ. cap. ſpõſam.
vide hic no. cap. ꝑalleg. ad abolendã.
in addi. gl. ſ. ⁊ p Joã. and. ſup ea etiam
no. de hoc in. c. cum cõtingat. de fo. cõ
pe. in gl. ſ. de elec. cũ inter. ⁊. c. quoniã
frequenter. §. porro. vt lite nõ ↄteſt. et
ꝓprie implicat idem i cõtrario ſenſu.

## ¶ De M ante E.

¶ Mechia põt dici ois fornicatio. xxij.
q. iiij. omnis mechia. et ibi plene.
¶ Medographia. i. litera. Inde medo-
graphus. i. medicine ſcriptor. ſic acci-
pitur. C. de tabu. ſcrib. ⁊c. lib. x.
¶ Mediaſtinꝰ ſeruꝰ eſt ex abiectioribꝰ:
ita dictꝰ: quia domeſtica queq; viliſſi
ma miniſteria obire in domo cogebat
vt ligna congerere: domuz purgare: ⁊
alia huiuſmodi. Hoc autẽ nomine in
de vtitur: quia in media domus parte
ad omnium aliorum iuſſus preſto eſſe
debet. de quo meminit iureconſultus
in. l. fin. ff. de no. oper. nuntia. ⁊ in. l. itẽ
apd labeonẽ. §. ꝑtorait. ff. d iniu. ⁊ in. l.
j. de exercitoribꝰ. ff. nau. caupo. ſtabu.
¶ Meloproximꝰ: vna dictio eſt: ⁊ eſt no
men dignitatis: vt not. in. l. peculiari.
C. de proximis ſacro. ſcrini. lib. xij.
☞ Mẽbrana ſpẽs charte i q̃ deſcribent
inſti. ⁊ alia q̃ ↄſeruatiõe idigent: ⁊ ideo
d: quia de membris animalium eripi-
tur: vt inſti. de re. diui. in glo. §. liter[...]
¶ Mediũ dicif hec vita. xxiij. q̃ſt. iiij. h[...]
ſũt vita. ⁊ not. Joã. and. i proemio d[...]
¶ Mendaciũ. Require ſupra dolus: [...]
de Auguſtinus dicit: mendacium e[...]
falſa vocis ſignificatio cum intentiõ[...]
fallendi. quod ſic debet intelligi. cũ [...]
tentione fallendi que tunc ibi eſt: [...]
poſtea aduenit. Quãdoq; enim aliq[...]
aliquid ꝓmittit: non tñ volũtatẽ fa[...]
lendi actu habet ſed poſtea acquiri[...]
¶ Mendicãtes dicunf quos in public[...]
queſtuz intuta mẽdicitas vocauit: [...]
illi reficiebanf publicis annonis. Va[...]
lidi autem ⁊ robuſti non debẽt men[...]
care ne miſeris ⁊ debilibus panez a[...]
ferãt. C. de mendicã. vali. l. vnica. li. [...]
⁊ in aut. de q̃ſto. co. vj. Cõcedif tñ ali[...]
bus a papa occupatꝫ circa doctrinã [...]
dei vt de eleemoſynis fideliũ viuãt [...]
cut apoſtoli vixerũt: q ſeminãtes ſpi[...]
tualia tẽporalia metere poterãt qu[...]
de iure naturali: vt dicit Apoſtolus.
¶ Menium vel meniarium idẽ eſt qu[...]
veſtibulũ a menibus ſeptem. Et di[...]
tur ideo quia menibus adheret: ſ[...]
Hugo. Alij ponunt manerium.
¶ Menſor eſt qui metitur agros: colu[...]
nas vel ſigna vel homines vel frum[...]
tũ vel menia iuxta caſtrũ vel hoſpit[...]
vel etiã qui omnia officia aſſignat [...]
Accurſium. C. de menſ. in rubri. li. [...]
¶ Menſuratio vie quomodo debet f[...]
ri dic ſm Abba. in. c. oliz de excep. i p[...]
co. verſi. tertio queritur ꝙ quãdo q[...]
ritur de diſtantia locorũ ratione iti[...]
ris: conſideratur magis vſitata ꝙ al[...]
via licet ſit breuior: ſꝫ Bartoluz in [...]
ge ꝑma. in fi. ff. ſi quis cautio. vbi di[...]
ꝙ quãdo tractatur de ſpatio locoru[...]
tione itineris: cõſideratur via mag[...]
vſitata: nõ autẽ fit commẽſuratio p[...]
indirectuz: vel per aerez: ſecus ſi fit [...]
menſuratio non reſpectu itineris: ſ[...]
ſolius diſtãtie: q2 fiet via breuiori ⁊ [...]
ctiori terreſtri: ſi fieri poteſt: alias p[...]
aerez: ſꝫ Bartoluz in. l. iij. ff. de ver[...]
ſignifi. Adde Feli. in dicto. c. olim. v[...]
ex quo formatur hec queſtio. col. ij.
¶ Menſuras vel põdera fraudans q[...]
pena venit puniendus. panor. in. c[...]

Ayuntamiento de Madrid

menſure.circa fi.de emp.⁊ vendi.
¶Menia dicuntur proprie edificia mu-
roꝝ ciuitatis ſic dicta: quia muniūt
ciuitatē. Et interdū dicuntur menia
abuſiue omnia edificia. vel dicūtur a
mene grece. i. defectus latine: q̄ deſi-
cit murus vbi ſunt menia.
¶Mera donatio. Req̄re ſupra donatio.
¶Meretrix dicitur que multoꝝ libidi
ni paret id eſt obedit. xxxiiij. diſtictio-
ne vidue. vel cuius turpitudo publice
venalis eſt. xxxij. q. iiij. meretrices. ⁊ in
gloſ. ij. cap̄. inter opera. de ſpon. Dicit
enī Auguſt. in queſtionibus Deute
ro. Meretrices eſſe: et ad meretrices
accedere prohibet dominus: quarū
publice venalis eſt turpitudo. In de-
calogo autē mechie nomine nō videt̄
hoc prohibuiſſe aperte: q̄m mechia
nō niſi adulteriū eſſe ſolet: ſeu intelli-
gi ſolet: vt etiā in. c. ꝑ alle. meretrices.
¶Metus eſt inſtātis vel futuri periculi
cauſa mentis trepidatio: vt. ff. eodem
titulo. l. j. Et no. quod licet non ſit ne-
ceſſarium periculum eſſe preſens: ta-
men exigitur metum eſſe preſentē: ſal-
tem pro futuro periculo. ff. eodem tit.
l. metum. ij. nam per metū non quem
libet timorē accipimus: ſed maioris
mali: vt in. l. metum preal le. Et dicitur
met⁹ quia mentem tenet vel terret ſeu
impedit. Qui enī timet: non ſemper
gerit in corde qđ habet in ore. de hoc
vide gl. ij. capitu. ad audientiā. de his
q̄ vi me. ve cau. fi. Inde meticuloſus:
metu plenus ſcilicet qui metuit timen-
da ⁊ non timenda. Et ſic dicitur iura-
mentū meticuloſū. Et vtrū hoc obli
get ipſo iure? Quod ſic videt̄. de iure-
iurand. in ca. ſi vero. ⁊. c. verū. Quod
nō patet: quia votum factum per me-
tum, eſt nullum ipſo iure: cū volūtas
in vouēdo debeat eſſe libera. c. integri
tas. xxxij. queſtio. ergo ⁊ iuramentum
pari ratione. Innocē. cōcludit: ſi iura
mentum eſt impoſitum turpiter ⁊ ſu-
per re turpi ſcilicet occidere innocen-
tem: vel nō miniſtrare alimenta parē-
tibus ⁊c. tunc nullū eſt ipſo iure: nec
obligat iurantē: ⁊ licet contrauenire
propria autoritate. c. inter cetera. ⁊ ca.
in malis ꝓmiſſis. xxij. queſti. iiij. Sed
ſi iuramētum ſit turpiter emiſſum nō
tamen ſuper re turpi: ſi dolo vel metu:
ſic obligat ipſo iure: ſed abſolutio po
teſt impetrari ex ſuperiore vel iudi-
cis officio. cap̄. ſi vero. ⁊. c. verū. ꝑ alle-
ga. Addit idē. ſi iurās metu: poteſt ſi
bi ꝓuidere per aliam viam q̄ per viā
abſolutionis a iuramēto: meli⁹ eſt ꝙ
ſoluat qđ iurauit: et deinde repetat.
Nam que fiūt per metū: tenent ipſo
iure: ſecundū Goffredum: ſed reſcin
duntur per actionē quod metus cau-
ſa: ſi ſunt ꝑfecta. Si vero imperfecta
tunc per exceptionem. ff. eodem tit. l.
metum. §. ſed pretor. Exceptis ſex que
per metum non tenēt ipſo iure: vt con
tractus matrimonij: promiſſio dotis:
aditio iudicis: ꝑſtatio autoritatꝭ: alie
natio rei eccleſiaſtice: pronūtiatio ſen
tentie. Et dicit Ioan. andre. qui venit
cōtra iuramentū meticuloſum: non
peccat mortaliter: licet peccet veniali-
ter. vt cap. verum. ad fi. de iureiuran.
de hoc vide gl. pleniorem in. l. extat. ff.
eodem tit. Et diſtingue metus: quia
alius eſt probabilis: qui cadit in con-
ſtantem virum et animoſum: ⁊ hic ex-
cuſat: vt eſt metus pene mortis: ⁊ cru-
ciatus corporis: metus ſtupri et ſerui
tutis. Alius eſt nō probabilis ſcilicet
qui non cadit niſi in hominē puſilla
nimū et formidoloſum: et hic non ex-
cuſat: vt in. c. cū dilecti. eodē titulo.
Et regulariter (vt ꝑdictū eſt) ea que
fiunt per metum: valent ⁊ obligant: vt
dictum eſt: ⁊ vt not. xv. qđ. vſ. autorita
tem. ⁊ cap̄. abbas. eodem titulo. Fallit
tamen in caſib⁹ ibi notatis: ad quos
adde caſum. c. vnici eodē titulo libro
vſ. Etiam ſecundum coactionē abſo
lutam vel conditionalē diſtinguitur
excuſatio met⁹. De hoc vide ſupra co
actio. Sed vtrū metus excommunica
tionis ſit inſt⁹ metus. Quod ſic vide-
tur: quia cōtinet corporis ⁊ anime de
trimētum. vij. queſtio. j. de manifeſta.
xj. queſtio. iij. audi. vbi dicitur quod p
excommunicationē mutatur ſtat⁹ de
corpore eccleſie in poteſtatē diaboli.
Timenda ergo eſt quaſi mors eterna

Ayuntamiento de Madrid

xi.queſtio.iij.nemo.⁊.c.ſ.Quod nō pa
tet:quia eſt medicinalis:nō mortalis
vt capit.promo de ſentē.excommuni.
libro.vi.⁊.ij.queſti.ſ.multi.Et ſi eſt in
iuſta:vacua eſt nec curāda:quia nō li
gat quo ad deū.ſi eſt iuſta:imputet ſi
bi qui meretur excōmunicari. Igitur
nō eſt iuſt⁹ met⁹:nec excuſat excōmu
nicatio eius.l.ſi mulier.ff.eo.tit.⁊ not.
Goffre.in ſumma .de his que vi met.
ve cauſa fiunt.

¶ Meritoria dicuntur diuerſoria vel di
uerticula:id eſt ſecreta edificia:alias
montaria.

¶ Mercis nomen ad mobilia tantū per
tinet.ff.de verborum ſignificatione.l.
merces.

¶ Metallum ⁊ es ſunt nomina genera
lia mineras ſignificantia. Et differūt
metallum et opus metalli.vnde ille dā
natur in metallum: qui ligatur cum
ferro et onere et labore grauatur: vt
non liceat ei facile abire. Sed ille dam
natur in opus metallicum: qui ibi
dem liberas habet habenas: et alijs
metallum fodientibus miniſtrat:et il
lius leuior eſt pena: alterius autem
grauior.de quo gloſſa not.inſtitu.qui
bus modis ius pa.poſ.ſol.in.§. pene
ſeruus.

¶ Metallarij ſunt qui affluentiā exerci
tij metallorum habent:vt.C.de metal.
et metal.et procura.metal.⁊ ſm Accur.
ſuper rub.lib.xi.

¶ Metaſſi alias dicuntur metharij pur
purei.C.que res vendi nō poſ.l.j.Uel
eſt color quidam.

¶ Metrocomia eſt ville mēſura:que da
tur tranſlatis iuſſu principis:vt.C.de
tar.fiſ.l.certa.vnde metros grece:mē
ſura latine dicitur:et come villa.inde
metrocomia quaſi mēſura ville. Inde
et comedia.i.villana vel ruſtica laus:
ſm Accur.C.nō lic.habita.metro.lo
ca ſua ad extra.cōfer.ſuper rubri.li.xi.
Etiam metrocomie ſunt parochie vel
dioceſes.

¶ Metropolitani a menſura ciuitatum
dicūtur:quia decē vel vndecim debēt
ſub ſe habere ciuitates. vij. queſtio.
ij.ca.j.Uel dicitur a meter:id eſt ma
ter:quia metropolis eſt mater aliarum
eccleſiarum.ſcdm glo.ibidem. Etiam
metropolitani ſingulis prouincijs pre
eminēt:quarū autoritati ⁊ doctrine ce
teri ſacerdotes ſubiecti ſunt:ſine qui
bus reliqs epiſcopis nihil agere licet
de his que ſpectant ad totam prouin
ciam ſecūdū glo.xxi.diſtin. cleros.§.
metropolitani.

¶ Merum imperium eſt habere gladij
poteſtatem ad puniendum facinoro
ſos. Unde merum imperium dicitur
quedā ſumma poteſtas per quam ea
que ſunt iuriſditionis maxime explicā
tur. Et merum dicitur:quia ſeparatū
a cognitiōe pecuniaria:eo quod inde
nullum ſequitur commodū pecunia
rium:vt inſtit.de publi.iudi.in princi
pio. Hec autē ſunt meri imperij:fa
cinoroſos punire:delinquentes incar
cerare:mēbra mutilare:penā capita
lem imponere.⁊ hec pena eſt triplex:vt
dicit Hoſtien.de iureiurā.c.veniens:
ſcilicet mors:exilium et relegatio.ff.de
publi.iudi.l.ij.

## ¶ De M ante I.

¶ Mixtum imperiū eſt poteſtas media
per quam ea que ſunt in iuriſditione
media explicantur. Et dicitur mixtū:
quaſi ex iuriſditione:⁊ mero imperio:
eo quod habet commodum pecunia
rium:et pertinet ad ipſum bonorum
poſſeſſionem dare:in poſſeſſionē mit
tere:iubere cauere:pupillis tutores
dare:⁊ omnes alie pene graues preter
penam capitalē ⁊ mutilationem:vt eſt
relegatio:faſtigatio:vel grauis corre
ctio. ff.de iuriſdi.omnium iudic.lege
prima.in gloſſa.⁊ in tex. Aliter diſtin
guitur prout recitari ſolet circa.c.qd
ſeden.in gloſ.ſ.de offi.ordi. Merū im
periū eſt quedam ſumma poteſtas ⁊
alta ex publico inducta:vt gladij pote
ſtas ad animaduertendum in facino
roſos:⁊ eſt apud principes principali
ter:ſcilicet papam ⁊ imperatorem. Et
in ſpiritualibus merū imperiū eſt vt
depoſitio:trāſlatio ſediū epiſcopaliū
⁊ diuiſio duarū eccleſiarū cathedra

Ayuntamiento de Madrid

liũ:vel diuiſio vnius in duas:vt in ca. quod tranſlationẽ.de offic.deleg. vbi vide plura in gloſ.Sed in ſecularibus merũ imperiũ eſt pena capitis:(vt ſupra) que principaliter eſt apud principes ſeculares:ſcilꝫ reges: duces: marchiões:comites ꝛc. Et etiã apd archiepiſcopos:patriarchas ꝛ ep̃os tanq̃ apud miſſos.vt in.c.ſolite.§.ſubditi. de maiori.ꝛ obediẽ.cũ ſuis ↄcor. Mixtum vero imperiũ eſt quedã baſſa vel media ptãs ex publico inducta: partẽ capiẽs ex mero imperio:ꝛ ptẽ a iuriſditiõe:vt eſt in ſpũalibus dedicare eccleſias:vel altaria conſecrare:ꝛ virgines velare. Et talia poſſunt committi non habenti iuriſditionem:vt in gl.p real leg.ꝛ ea que ſunt meri iperij expediuntur iudicis officio nobili:ꝛ principaliter tendunt ad bonum publicum.

¶ Mixti imperij q̃ ſunt: etiam expediũt iudices ex officio nobili: ſed principaliter tẽdũt ad bonũ priuatũ. Sed ea q̃ ſunt ſimplicis iuriſditiõis:expediunt iudicis officio mercenario:ꝛ tendunt etiam ad bonum commune. Uenit ergo ab imperio,imperiolum:id eſt paruum imperium quod habẽt iudices iferiores.de hoc no.in.c.ſi diligẽti.de foro competen.

¶ Miles eſt qui iurat ſe nõ euitaturum mortem propter reipublice ſalutẽ: vel qui iurauit a ſignis nõ recedere. C.q̃. ex cau.maio.l.pen.ꝛ ſcriptus in matricula:vbi alij milites ſcripti ſunt.ff.eodem titu.l.prima.per totũ. Etiam dicitur a malo quod ſuſtinet pro alijs: ☞ vel a mille oꝛ ex numero mille hoim eligitur:vt.ff.ex q̃bus cau.ma.l.j.§.miles. Unde ſm Azo.miles dr̃ a malitia id eſt duritia. Uel a mille:qꝛ de mille forte ſolũ vnus eligebatur in militeꝫ: ꝛ ſic dicitur quaſi milleſimus. Et not. ad hoc q̧ quis dicatur verꝰ miles:ſex ſunt neceſſaria. Primo vt nõ ſit negotiator.C.ne milit.nego.l.j.li.xij. Scd̃o vt examinetur.C.qui mili.non poſ.l.j.lib.xij. Tertio q̧ ei enſis cingatur.ff. de teſtamẽ.mili.l.iij. Quarto ſtigma.i. nota publica debet ſuo brachio iſcribi vel imponi.C.de fabricẽ.l.tertia lib. xj. Quinto in numero aliorum debet poni et ſcribi.ff.de teſtamen.mili.l.ex eo.Sexto q̧ talis habeat priuilegiuꝫ legis conceſſe militibus. Unde Stigma:mucro:ſcriptum:genus:examẽ: ſacramentũ. Hec ſex que dici poſſunt in milite queri.vt not.inſtitu.de teſta. mi.in prin.circa glo.

¶ Mimi ſunt ioculatores vel dominorũ ſeruitores ſeipſos inuitantes:iuxta illud. Muſca:canes:mimi: ſunt ad cõuiuia primi. Non inuitati veniũt prãdere parati. De quibus dicit Lud.de Roma. Si tales ducunt animalia fera:(prout communiter fit)videlꝫ leones:vrſos:ſimias ꝛc. et ab his aliquis occiditur:puniri debent pena ducentorum ſolidorum.tex.eſt ſingularis in lege qui vulgo.ff.de edili.edic.iũctis legibus precedentibus.ꝛ nõ debetur eis pena mortis:quãuis enim qui occaſionem mortis dat:occidiſſe videatur:tamen hoc eſt propter tacitum cõſenſum ciuium:qui illos cum animalibus ciuitatem intrare et in ea manere permiſerunt. Hec ille in ſingularibus ſuis.

¶ Minor eſt qui nondum impleuit viceſimumquintum annum:ꝛ talis reſtituitur in integrum vſq̧ ad quadriennium: non in delictis atrocibus:ſed quatenus miſeratio etatis ad minorẽ penam iudicem induxerit. alias minor ſumitur generaliter pro quolibet inferiori.vñ dicitur. Minor aſſurgat maiori:nec ſedeat ſtante maiori.nonageſima tertia diſtinctione oportet.ſecundum Goffredum in ſumma.de maiori.et obedientia. Maior precedat:minor ſequatur in ſedendo et ſubſcribẽdo.decimaſeptima diſtinctiõe.§.vlti. In incedendo tamen romana conſuetudo ſeruat contrarium: quia minor precedit:vt ibidem in ſumma.

¶ Minima cauſa eſt cauſa duorum aureorum: quia pro ea nõ datur actio de dolo:vel decem aureorũ:al's decem ſolidoꝝ:vel que ad ſumptus iudiciales nõ ſufficit.ſecũda queſtione ſexta,anteriorũ.§ illud.de hoc eſt gloſ.vnica. in capitulo de appellatio.ti.de appel.

Ayuntamiento de Madrid

Miniſteriarij (al's miniſteriani) dice
bātur forte a miniſtrādo: q2 preerant
caſtris principum. C. de caſtren. et mi-
niſter. lib. xij.

¶ Miraculum dicitur proprie illud qđ
contingit contra naturam. nam ſi na-
turaliter aliquid poſſet contingere:
non eſſet miraculum. et quot ſint ne-
ceſſaria ad eſſe miraculi. vide gl. Spe-
cu. circa finē in. c. j. de reli. & vene. ſan.
lib. vj. & qualiter ꝓbetur: vide Gemi.
in. c. j. nume. iij. & ibi in apoſtil. in ꝟbo
directa ꝓbatione. de cōfeſ. li. vj. Bal.
in. l. ſolum. colum. fin. C. de teſti. et hec
in cap̄. venerabili. eodem titu. Alexā.
conſi. iij. volu. iij.

¶ Myſterium dicitur illud qđ ſecretam
& reconditam habet diſpenſationem:
hoc eſt occultam & inuiſibilem virtu-
tem: & gratiam a deo diſpenſatā & col-
latam. j. q. j. multi. vbi datur differētia
inter myſteriū: ſacrū: & ſacramentum.

¶ Miſerabiles dicuntur omnes illi qui-
bus nos ex natura monemur ad miſe
randū propter fortium iniuriaz: puta
ſenes decrepiti: debiles diuturno mor
bo fatigati: etiam ſi ſic ſunt diuites: vi
due. etiam religioſi inter perſonas mi
ſerabiles ꝯputantur. nota. per Azonē
in ſumma. quādo imperator inter pu
pil. & viduas. in fi. & vide late Alber. in
ſuo dictiona. in verbo miſerabiles per
ſone.

¶ Miſſa ſolennis eſt illa que dicit̄ etiaz
nō pulſatis campanis nec alta voce.
Abbas in. c. permittimus. de ſenten.
excommunicatio. quod eſt intelligen
dum niſi communis vſus loquēdi ali
ter ſe haberet. ſecundum Feli. in. d. c.
permittimus.

¶ Miſſilia (al's miſſalia) dicuntur dona
ria vel quedam preſtationes quas no
uus pretor creat9 mittebat in vulgus:
vt qđ quiſq; apprehenderet: eius fie-
ret. & in coronatione pape vel impera
toris fieri ſolet: vt per hoc preſſura mi
nuatur. de quo gl. in. §. hoc amplius.
inſti. de re. diui

¶ Mittere in poſſeſſionez eſt poſſeſſorē
facere: aut in poſſeſſionē ducere vt rē
cuſtodiat. verbi gratia. ꝯtēdiſti mecū
fundū caſtellanum eſſe tuū: & ꝓbaſti:
iudex per executorē mittit te in poſſeſ
ſionem. i. facit te poſſeſſorez. Itē volu'
agere cum titio: qui citatus noluit ve
nire ad iudicium: iudex me mittere dz
in poſſeſſionē fundi quē petebam: nō
vt poſſideam: ſed vt cuſtodiam rem: &
maneā in fundo: vt ipſe titius tādem
tedio affectus veniat & litez ſuſcipiat:
donec probauero illā rem eſſe meā: vi-
de gl. fi. in. c. cōtingit. de do. & cōtu. qđ
operat̄ miſſio in poſſeſſionē in actio-
ne reali & perſonali ex ꝑmo & ſecundo
decreto. Et nota ꝙ pretor miſſionem
in poſſeſſionē ex ſecundo decreto ſibi
ſpecialiter reſeruauit: & ſic legatis aut
ſubdelegatis non eſt conceſſum dare
vel ꝯfirmare miſſionē in poſſeſſionez.
vt not. in gl. fi. c. quod tranſlationem.
de offi. deleg. De hac materia vide in
c. quoniam frequēter. vt lit. non cōte-
ſta. circa medium. vel poſt. & glo. in. c.
cōtingit. preallega.

¶ Mittere in poſſeſſionem nomine ven
tris eſt mittere in poſſeſſionē nomine
eius qui eſt in vētre: vt cū mulier pre-
gnans mittitur in poſſeſſionem noie
filij vel filie heredis quē vel quam ha
bet i vtero ex marito ꝑmortuo. Et no-
ta ad hoc ꝙ iudex actorē mittat i poſ-
ſeſſionē: vel bona vēdat: vel eū ſoluat:
reqrūt̄ quatuor neceſſaria. Primo ꝙ
citet reū abſentem trina citatione: vel
vna peremptoria ad domū. Si non re
peritur: citētur amici vel affines gńali
interdicto. Et ſi nō ꝯparet aliquis ꝓ-
curator vel defenſor ex ꝑmo decreto:
i. mādato: mittit̄ actor in poſſeſſionez
cauſa rei ſeruande. q̄ miſſio nō tribuit
ius: ſed ſolum detentionem: vt re9 te-
dio affectus veniat reſponſurus: qua
re dr̄ poſſeſſio tedialis ex primo decre
to. Secundo requiritur cōgruū tem-
pus inter primā & ſecundā miſſionem
qđ eſt arbitrariū: poſtq̄ in iure nō in
uenit̄ determinatū: vl' annale &c. Ter-
tio ꝙ abſens malitioſe noluit cōpare-
re: & aio fraudandi creditores. Secus
ſi malitioſe tātū: vez ꝓpter maleficiū
aliquod: non tamē animo fraudandi.
Quarto qđ cōſtet de debito legitimo

Ayuntamiento de Madrid

per veras ⁊ plures ꝓbatiões: nec ſufficit iuramentũ calumnie cũ agitur de magno ꝑiudicio rei abſentis. quibus omnibus habitis: mittitur actoꝛ in poſſeſſionem vere ex ſecũdo decreto. Et ſic miſſus in poſſeſſionem habebit omne ius dominij vel quaſi qđ habuit reus: imo reus poſtea non eſt audiendus: niſi non fuiſſet per contumaciam abſens vt in .c. conſultationibus. de offic. deleg. cuius eſt hec materia: ⁊ ibi glo. bona.

## ¶ De M ante O.

¶ Modus eſt moderamen diſpoſitiõis per appoſitionẽ oneris tanꝗ̃ cauſe finalis: vt pꝫ ex legibus de ipſo loquentibus. Et dr̃ moderatio ad differentiam cõditionis: q̃ nõ eſt moderatio: ſed ſuſpenſio. Dicit̃ tanꝗ̃ cauſe finalis. v.g. pꝛomitto: vel lego vt illud facias. nã ſi dico: ꝓmitto vt illud facias: tunc nõ eſſet illud per modũ cauſe: ſꝫ alterius diſpoſitionis: ⁊ hoc capiẽdo modum ſpecialiter: ſed generaliter eſt oĩs diſpoſitio: vel qualitas adiecta diſpoſitioni. l. obligationũ. §. modus. ff. de actio. ⁊ obli. Fit autem modus per illas dictiones: vt dummodo: ne. i. vt non ⁊c. Sed qꝛ facit cãm: ⁊ ſi: cõditionẽ: vt. ṡ. de conditione. Nã modus ſignificatur per oẽm dictionẽ: vel oꝛationẽ ex ſuo ꝓpꝛio ſignificato: vel al's moderationem impoꝛtantẽ. v.g. dono vel lego equum: vt des illi equũ. C. de his que ſub mo. legat. relin. l. ij. ⁊ l. cũ ab eo. ff. de contrahen. emptio. ibi veluti ſeu hoc modo. vbi dicitur qđ ſi emẽdo fundũ pignoꝛi obligatũ a te: hoc modo dicam vt liberes: tunc liberare teneris. Et ſic modus fit per dictionẽ vt. Etiam in dictione dũmodo eadẽ eſt ſignificatio: vt. d. l. cũ ab eo. Idẽ eſt in aduerbio ne: vt dicẽdo. Titium heredẽ inſtituo: ne fideicõmiſſa ex teſtõ ſempꝛonij retineat: qꝛ dictio ne exponitur pꝛo vt non: ⁊ ſenſus eſt vt nõ retineat. l. cũ pater. §. titio. verſi. plane. ff. de leg. ij. Idẽ in ꝑpoſitiõe ad vt dicẽdo. Lego illi mille ad monumẽtum meũ edificandum: qꝛ ſenſus eſt vt edificet monumentũ. l. quibus diebus. §. fi. ff. de condi. ⁊ demon. Idem in dictione pꝛo: vt lego decẽ pꝛo cura coꝛpoꝛis mei ſuſtinẽda. l. lucius. §. fi. ff. de leg. ij. Idẽ in ꝑpoſitione in: vt dicendo. in cura coꝛpoꝛis mei: in monumẽto faciendo ⁊c. Sed ſi diceretur: lego vxoꝛi mee in tꝑs libertoꝝ: tũc faceret conditionem. Idem in dictiõe nomine vt dicẽdo: noĩe dotis puellarũ pauperũ: vel redemptiõis captiuoꝛũ lego ⁊c. vbi nõ ſignificat̃ conditio: ſꝫ modus. l. nulli. C. de epiſ. ⁊ cle. Nõ: qꝛ captiui ſemꝑ ſunt capti: ⁊ puelle ſemꝑ ſunt pauperes. Secus ſi relinqueret̃ noĩe dotis certe perſone: vel redẽptionis certe ꝑſone: qꝛ tũc faceret ꝯditionẽ. Et idẽ dic in oĩ alia ꝑte oꝛationis que ad hoc ſignificatũ põt adaptari ex ſe vel ſubiecta materia.

¶ Moderatio impoꝛtat diminutionẽ. Et ſic not. pꝛo ſtatutis que dicunt de moderatione pene ad arbitriũ poteſtatis: quia moderatio impoꝛtat diminutionem. ita Feli. in. c. ex literis contrari. verſi. fallit ſecundo. ⁊ ver. tertia declaratio. col. xiij. de conſti.

¶ Moduli dicuntur quedam foꝛmule: ⁊ menſure cemẽtarioꝛum per quas modi ⁊ quantitates lapidũ ꝯpꝛehẽduntur.

¶ Monachus eſt vnius anime cuſtos a monos qđ eſt vnũ: ⁊ icos cuſtos. Et dr̃ fieri de regula. c. j. eo. tit. li. vj. Dicit̃ et creari. c. vlti. eo. ti. Et dicit̃ recipi. c. in dẽnitatibus. §. ſi vero. de elc. eo. li. Itẽ dicit̃ oꝛdinari. xvj. q. vi. c. fi. Et eſt mũdo moꝛtuꝰ: deo viuens extra clauſtrũ ſicut piſcis extra aquã: in vita ſpũali ſubſiſtere non põt. xvj. q. j. placuit. Et nõ põt habere ꝓpꝛium. de ſtatu mo. c. ij. ⁊ c. cum ad monaſteriũ. vbi habẽs ꝓpꝛiũ in moꝛte ſepeliri dꝫ in ſterquilinio. Item nõ poteſt eſſe aduocatus in cauſa. c. j. ⁊ ij. de poſtu. Nec ꝓcurator niſi cõſentiente abbate ⁊ in vtilitatẽ monaſterij: que duo debent cõcurrere. xvj. q. j. monachi. ⁊ c. religioſus. de pꝛocura. in clemẽ. Et not. Ludo. de Roma. quod etiam nec pꝛo amico ſui

Ayuntamiento de Madrid

monaſterij nec ꝑ laico ſm Inno.in.c.
cū I.ꝛ A.dereſudi.niſi habita licētia.
vt.ſ.Item non poteſt deſerere priora
tū vel adminiſtrationē ſine licētia ab
batis.c.porrecta.de confirma.vti.vel
inuti.ꝛ.c.ij.de ſtatu mon. Sed pōt ſe
trāſferre ad ſtrictiorē regulā petita li-
tia:lꝫ nō obtēta.c.lꝫ.ꝛ.c. nō eſt.de re-
gula.ꝛ.l.qui ꝑtextu.C.de ſac.ſanc.ec-
cle.vbi glo. Sed ad laxiorem regulam
nō poteſt ire ſine licētia pape.imo ſm
Ludo.de roma.inter pares eſt multū
dubiū cuius licētia tunc requiratur.
Inno.in.c.fin.de renun. Archi.xix.q.
iij.ſtatuimus.Jo.and.in.c.ſi religio-
ſus.de electio.lib.vj.ꝛ.c.ij.de teſta.eo.
lib.in nouel.Pau.de leaza.in clem.ſi.
de elec. Lapus abbas allegatione.lxij.
ꝛ.c.xxx.variant.Lud.de Ro.dicit ſuo
videri quod requiratur licētia abba-
tis:non enī ſufficit habere a priori cō
uentuali:qꝛ pater totiꝰ ordinis eſt ab-
bas. Dubium tamen facit.c.ſi.de pac.
lib.vj.a ſimili ratione:ꝛ gloſ.in.c.cum
ſingula.de preben.lib.vj. Hec Ludo.
de Rom.in ſing.ſuis.Item in refecto
rio carnes edere nō poſſunt.c.cuꝫ ad
monaſterium.prealleg. Quidā tñ mo
nachi ſm quoſdam.ar.a cōtrario ſen-
ſu:extra refectorium pñt:quod nō eſt
verum:niſi ex cauſa:vt propter infir-
mitatem vel debilitatem:vt not. Frā.
zabarel.in.d.c.cū ad monaſteriū.pre-
alleg.adhuc quidā inſtant contra.ꝑ
c.regule.xxix.diſt.vbi dicitur ꝙ a car-
nibus quadrupedū debeāt ſe abſtine
re:ꝛ ſic permitti videtur de bipedibꝰ
perdicibus:gallinaceis ꝛc. Hoſt.di-
cit quod huic intellectui contradicit
ratio naturalis:vt prohibitio de qua
drupedibus:fortius intelligatur de
bipedibꝰ de quibꝰ eſt maior rō. Secū
dum hoc dixit de quadrupedibꝰ pro
pter communiorem frequentiam taliū.
¶ Res emphyteotica eſt res emphyteotice cõditioni ſubiecta: ſcz illa quã eccleſia vel aliquis dñs dñio ⁊ proprietate retenta cõceſſit emphyteote quantum ad ſolam poſſeſſionẽ: vnde ſi hic emphyteota rem illã in aliã perſonam trãſponere vult nõ poteſt tradere eã.i. dñium transferre: eo q ipſe nec habet nec habuit illud: ⁊ ideo alteri dare nõ poteſt: quia nemo in alium plus iuris transferre poteſt q̃ ipſe habet: vt in regula nemo plus.de reg.iur.lib.vj.

¶ Reſarcire eſt reſtaurare: vnde dicitur compelli debes mihi damnum reſarcire.i.reſtituere.

¶ Reſtitutio in integrũ.require.s.in integrum reſtitu.⁊ datur tam eccleſie q̃ minoribus rõne etatis quare eſt prioris ſtatus vel iuris integratio: q2 ſuccurritur per reſtitutionis auxiliũ minoribus.xxv.an.⁊ etiam eccleſijs: que minoꝝ iure cenſent: ſemper eñ eccl'ia debet iure minoris illeſa ſeruari: vt in c.j.eo.tit.⁊ reſtituit minor vel eccleſia ſiue ledatur: ſiue decipiat ipſe minor: ſiue tutor ſiue pcurator eius: vel ſi plãtus: ſyndicus: economus eccl'ie decipiatur: nam delictũ perſone nõ debet in detrimentũ eccl'ie redundare.in regula delictũ.de reg.iur.li.vj.⁊ ſi reſtitutio fit iure minoris: differt ab ea reſtitutione q̃ fit iure maioris: q2 prima datur officio iudicis deficiente actione:

Ayuntamiento de Madrid

ſecunda vero habet actionē ſuo iure ſcȝ vtilē: officio iudicis accedēte: vt in.c. cū veniſſent.de in integ.reſti.in gl.ver bi reſtituimus. Etiam reſtitutio q̄n q̄ petitur vbi nulla poſſeſſio pōt eſſe vt cum petitur reſtitutio conſanguinei: vt.c.cum veniſſent.eo.ti.in glo.in.c.in literis.de reſti.ſpolia.

¶ Reſtituere in integrū.req̄re.ſ.de J.

¶ Res dr in cōtractu vēditionis adhuc eſſe integra q̄n res nō eſt in toto vel in parte tradita: ⁊ p̄tiū in toto vel in parte nō ſolutū: licet ꝯtractus ſit factus: aliter etiam dicit̄ res integra reſpectu iudicij: q̄n lis nondū ſuper tali re ac cepta eſt: vcȝ ante lit.conte.vt in.c.ex inſinuatione.de procur.

¶ Reſcriptū ſm̄ Gof.eſt mandatū prin cipis qđ ad inſtantiā alicuius vel ali quorū: ſiue ꝓprio motu: vel ex relatio nibus abſentiū: vel ex ſuggeſtionibus p̄ñtium: vel ad alicuius cōſultationeȝ facit: vel cū alicui vel aliq̄bus corpori: collegio vniuerſitati vel ciuitati aliq̄d mādatur vel indulgetur: talia em̄ ius faciunt: nō ḡnale ſed ſpeciale in nego tijs ⁊ inter perſonas in quibus ⁊ inter quas promulgata ſunt: vt.C.de legi.⁊ cōſtit.l.ij. Et no.ꝙ reſcriptū capit̄ tri pliciter. Primo ḡnaliter: ⁊ ſic quelibet ſcriptura cōtinēs aliquā diſpoſitionē ſuperioris dicitur reſcriptū: ⁊ ſic idē eſt qđ ſcriptū: ⁊ ſcđm hoc ſi papa reſpō deat etiā de iure dicit̄ reſcriptū. Scđo minus ḡnalr̄: vt cōcernit ti.de reſcrip. et ſic eſt ſcriptū ſup negotio vel nego tijs particularib⁹ alicuius vel aliquo rum: ſiue ſingulorū: ſiue vniuerſitatis: ſiue motu ꝓprio: ſiue ad inſtantiā: ſi ue cauſa cognita: ſiue nō cognita: a ſu periore emanās: ſiue aliquid iuris tri buat: ſiue tribuat ſolū exercitiū iuris alicui cōpetētis: ⁊ ita cōprehendit re ſcriptum ad lites: de quo de reſcrip.in cle.ſ.⁊.ij. Sicut ſuper l̄ris plerūq; ſimi libus: ⁊ dicit̄ reſcriptū ad beneficia.de quo eo.ti.ſuper l̄ris.preal.⁊ cōprehen dit etiā annotationē: ⁊ pragmaticam ſanctionē. Tertio capitur ſpecialiter ⁊ ſtricte pro ſcriptura cōtinente diſpoſi tionem per quam datur index: nec ali quid aliud cōceditur: niſi vt corā illo iudice ius tibi cōpetens conſequaris: ⁊ hoc dicit̄ reſcriptum ad lites: qđ da tur alicui ad cōfirmationem ſui iuris. de quo in.c.ſuper literis.eo.ti.⁊ ſic eſt ſpecies diſtincta a priuilegio (qđ con cedit aliquod ius particulare contra ius cōmune) et a reſcripto ad bñficia: qđ magis ꝓprie cōparatur priuilegio. Ubi gratia in reſcripto alicui conceſſo cauetur ꝙ iudicē adire poteſt. Ex his verbis nō imponitur neceſſitas iudi ci ſuſcipiēde cognitionis: vt.l.ſepe.ff. de off.preſi.ratio: q2 verba iſta ſignifi cant in poteſtate eius eſſe cui cōcedi tur iudicē adire: non autē in neceſſita te iudicis cognoſcere. Simil'r in reſcri pto cauet̄ ꝙ adire debes iudicē: vt no. in.l.ſepe.ꝑall̄.quia de iure cōi non im ponitur alicui neceſſitas agendi: nec illa verba ſignificāt neceſſitatē impo ni iudici ſuſcipiende cognitionis. Itē princeps alicui cōcedit iudiceȝ extra ordinariū: q2 iſte cui cōceditur aſſe rebat ordinariū ſuſpectū: vel impedi tum multis negotijs: ſiue innitū: ⁊ ſic intelligitur obtinere cōceſſionē ſi pre ces veritati innitantur: vt in.l.ſi.C.de diuer.reſcrip. Ratio q2 cōcedit̄ tanq̄ ex vera cauſa: igit̄ ſi nō eſt vera: nō cō ceditur: ex quo ptȝ ꝙ ſi ꝯcedit̄ illo ex preſſo mendaciter vel per ignorantiā: quo nō expreſſo: vel tacito illo quo ex preſſo nō cōcedet̄: tunc nō cenſet̄ con ceſſum.de hoc vide.c.ſup literis.eo.ti. Itē ibi princeps cōcedit alicui ꝙ poſ ſit vti frui rebus ſuis.nō valet.l.vnica. de theſau.lib.x. Ratio: q2 nil pōt ope rari: eo ꝙ illud qđ cōcedit̄: iure cōi ha betur.nā fruſtra ꝑcibus impetrat̄ qđ iure cōi concedit̄.l.vnica.ꝑall̄.et.ff.de mi.in cauſe.ij.⁊.l.cū ſup.C.de rei ven. Et p̄dicta vero ſunt de vnico reſcripto. Si vero plura ſunt contraria: vel diuer ſa: ſiue vnū alteri derogās: vel vtrūq; valet: vel alterū tm̄.verbi gr̄a: quidam impetrauit gratiam ad bñficia vnius collationis: impetrat ſcđo aliā ad be neficia alterius collationis. Si ſcđm facit mētionē de primo: valet vtrūq;: vt.c.in noſtra.de reſcrip.⁊ reſcriptum

in eccle

Ayuntamiento de Madrid

in eccleſiaſticis poteſt cõcedere papa:
et in ſecularibus imperator. Unde etiam
reſcriptũ dicit̃ quo imperator vel alter
precibus ⁊ ſupplicationibus alicuius
rñdẽs: reſcribit ei fieri vel nõ fieri de-
bere qđ poſtulat. Et no. ꝙ in reſcripto
ſemꝑ intelligi dꝫ ſi ꝓces veritati inni-
tantur: vt ſi ita eſt. c. ij. eo. ti. in tex. ⁊ gl.
Et ponit̃ ibi hec clauſula ſi ita eſt: de-
bet referri ad oĩa ꝓcedentia ſm̃ Ber.
in. c. olim. eo. ti. Ponuntur tñ ibi opi.
in glo. Itẽ hec clauſula ⁊ quidã alij ta
lis dioceſis nõ extẽdit ſe ad illos de ci
uitate: niſi dicatur: ⁊ quidã alij de ciui
tate ⁊ dioceſi. Secus ſi diceretur: talis
epatus: vt in. c. rodulphus. eo. ti. in gl.
Itẽ hec clauſula ſi pro alio nõ ſcripſe-
rimus: ſemꝑ debet intelligi in reſcri-
pto qñ papa ſcribit ꝙ ꝓuideat̃ alicui
de bñficio in eccleſia aliqua etiã ſi nõ
apponatur. Si vero papa velit alicui fa
cere gratiã plenã: tunc ſcribat nõ ob-
ſtante qđ alꝭ direxerimus ſcripta no-
ſtra. c. mandatũ. eo. ti. in glo. Itẽ hanc
clauſulam gñalem: quidam alij nõ po
nunt plures quã quatuor citati: quo-
rum etiam noĩa debent in primo cita-
torio noĩari vel exprimi. in. c. cũ mul-
tis. eo. ti. lib. vi. in tex. ⁊ in glo. olim tra-
hebantur. xl. argu. de teſti. cũ cauſam.
et. c. ſignificauerũt. de cle. excõ. mini. c.
latrones. Et ratio quare reſtricta ſit
citatio ad quatuor eſt arbitraria. l. nõ
oĩm. ff. de legi. potuit enim plus vel mi
nus reſtringi vel reddere rationẽ ſimi
litudinariã quam habes. de cõſang. ⁊
affi. c. nõ debet. Tamẽ ſm̃ Ber. ſuper
re indiuiſibili. ſ. iudicio diui. fa. herc.
poſſunt per gñalẽ clauſulã vltra qua-
tuor euocari ad iudiciũ. Item omnes
vltra illos quatuor qui ius habent in
re pñt agere vel defendere ꝓ iure ſuo
coram illo iudice. arg. de re iud. c. cum
ſuper. de offi. deleg. ſuꝑ eo. de elect. c. j.
Idem Hoſti. ⁊ Archi. Sed pene qua-
tuor expreſſit: poſtea aliũ cõuenit: ni-
hil excipit̃: an valeat iudiciũ. vide ibi-
dem in glo. Itẽ in reſcriptis dꝫ ſeruari
ordo ſcripture. c. cũ dilecta. eo. ti. in gl.
verb. tranſponẽtes. Et Io. an. ſuꝑ hoc
plures alias ſnĩas infert. de hoc vide

de elect. c. gñali. lib. vi. ⁊ tandẽ dicit ꝙ
maſculinũ ſubiectum a canone cõpre
hendat feminas: qđ probat̃. xvi. q. vij.
ſi quis ſuadẽte. iuncto. c. mulieres. de
ſen. excõ. qđ eſt verũ niſi eadẽ conſti-
tutione femina excipiat̃. vide. c. indẽ-
nitatibus. §. ſed eas. de elec. lib. vi.

¶ Reſidere in eccleſia ſm̃ Hoſt. eſt in ec-
cleſia deſeruire bñficio ⁊ eccleſie curã
habere. c. cõquerente. de cleri. nõ reſi.
parum em̃ eſt reſidere niſi reſidẽs cu-
ram habeat eccleſie in qua bñficiũ ha
bet vel perſonatũ: vt in. c. nonnulli. de
cleri. non reſi. Debet aũt reſidere per
ſeipſum: nõ per vicariũ. c. qꝛ nonnulli.
preall. nam per vicariũ deſeruire non
licet niſi in caſibus: vt cũ ex indulgen
tia ſpeciali cõpetit alicui nõ reſidere:
vel cum cõſuetudo excuſat nõ reſiden
tem: vel cũ eccleſia dependet ex ꝓben-
da: vel cũ perſona ſine culpa ſua inci-
dit in debilitatem: deformitatem; vel
morbum vt per ſe deſeruire nõ poſſit:
vel cũ neceſſaria profectio imminet:
vel etiã voluntaria vtilis tñ ⁊ honeſta
vt ſtudiorũ vel peregrinationis cauſa
cum licentia tamẽ prelati vel cõſenſu
capituli: vt no. Hoſ. in ſum. de offi. vic.
§. nunc videndum. Sunt ergo clerici
nõ reſidentes qui in eccleſijs in qui-
bus intitulati ſunt nõ faciunt reſiden
tiam: ⁊ ſi perſonaliter reſident: non tñ
deſeruiunt bñficio: nec eccleſie curã
habent: ⁊ quãuis vicarius nõ det vica
rium (. c. clericos. de offi. vica. cũ illud
ſit ſatis abſonũ ⁊ abſurdũ) tamẽ Ioã.
and. in cle. vnica. de offi. vica. in gl. ſu-
per verbo ſacerdotũ. putat cõtrarium
per. c. cum ex eo. de elect. lib. vi. vbi epi
generaliter cũ his qui obtinent eccle-
ſias diſpenſant. ⁊ vbi ratio communis
ibi idẽ ius. c. tranſlato. de conſtit. ⁊ ſic
cum per ſeptennium diſpenſatur cum
vicario vicarius nõ dat vicarium: ſed
epiſcopus diſpenſans dat eũ ſm̃ Ioã.
and. ibidem.

¶ Reſponſa prudentũ ſunt que iuriſcon
ſulti rñdere dicuntur cõſulentibus. §.
conſtat. ⁊. c. rñſa. diſt. ij. vnde etiã rñſa
Pauli dicta ſunt. Fuerunt enim qui-
dam prudẽtes ⁊ arbitri equitatis qui



Ayuntamiento de Madrid

inſtitutiones iuris ciuilis ediderunt: quibus diſſidentiū lites ⁊ cōtētiones ſopirētur ſm Jſid.li.v.etymo.c.xiiij.

¶ Retiarius poteſt dici ille qui iacit rete ad piſces capiendos: vt patet in.l. ſi iactū.ff.de act.emp. Sic etiam retiarius dictus eſt alter ex gladiatoribus qui fugientem vel fugam ſimulantem ſequeretur vt rete immitteret: qđ genus pugne primo a pittaco mitilineo vno ex ſeptem ſapientibus inſtitutum eſt: de quo Uale.maxi.in primo: et Feſtus: Retiario (inquiēs) pugnāti aduerſus Mirmilonē cantatur: Non te peto: piſcē peto: quid me fugis galle? Interpretatio tamē illa eſt melior vt a rate ratiariū deducamus: quēadmodum a naui nauicularius formaf.l.j. ff.qđ cuiuſqꝫ vni.nomi.piſcatores em̄ communiter ratem habent.qđ etiam innuit Sceuo. in.l. periculi pretium. ff.de nau.feno.

¶ Reus eſt qui defendit ⁊ ꝓpulſat actionem vel accuſationem: nō a reatu dictus ſed a re que petitur ab eo ꝓſtāda vel ſuꝑ qua ipſe impetif: qꝛ q̄uis conſcius ſceleris nō ſit reus: tñ dicif quādiu in iudicium pro re aliqua petitur: vt.c.forus.de ver.b.ſig.ad ſi.xv.q.iij.c. vlti.iij.q.xj.c.nō eſt. Etiam q̄nqꝫ reus a reatu dicitur ille vcꝫ qui conuincitur criminoſus.c.j.de re iud.lib.vj.vel ſic. Reus eſt ille qui neceſſario ſe habet defendere.c.dilecti filij.de except.⁊ ſic dicif a re quam ipſe defendit.c.forus. preallega.

¶ Reus ꝓmittendi dicif ille qui ſtipulatur: ⁊ dicitur a re vel firmitate: qꝛ firmiter ⁊ oino verū eſt eum ſtipulatum vel obligatū: nā reus ſignificat firmitatē: vt dicit Uergil. Uoti reus. ⁊ Azo.C.de duobus reis ſtipulan.in ſum.

¶ Reuerentia eſt honor qui exhibetur cū pauore.c.ij.de offi.deleg.lib.vj.per Archi.in.c.decet.de immu.eccle.⁊ eſt exhibēda patri ⁊ patrono tam viuo q̄ mortuo.l.apud celſum.§.aduerſus.ff. de doli excep.

¶ Reuocare domū eſt allegare et dicere ſe nō poſſe cōpelli eo loco quo cōueniri ad litē ſuſcipiendā: ſed remitti ad locum in quo domiciliū habet. Inde dicunf legatos qui Romam mittunf: non debere cōueniri ipſis inuitis: ſed habere ius reuocandi domū. De hoc vide.c.ſi.de fo.compe.

¶ Rex vel imperator poteſt quilibet dici in domo ſua: vt in.c.duo ſunt.Jo.an. in.c.venerabilis.de elect.

## ¶ De R ante J.

¶ Rigor iuris obſeruandus eſt in duobus caſibus: ſcꝫ cū populus inde ſcandalizatus eſt.c.cum teneanf.de ꝑben. c.cum nobis.de ꝑſcript. Scđo qnādo multis graſſantibus opus eſt exēplo. c.vt clericoꝝ.de vi.⁊ hone.cler. Et nota q̄ rigor iuris q̄nqꝫ ponitur pro ſolennitate et ordine iuris cōis: habito reſpectu ad reſcriptum pape.c.ſuꝑ literis.de reſcrip. Scđo ponitur pro auſteritate cōtraria diſpoſitioni: a ſ diſpenſationi ⁊ miſericordie: et ad alioꝝ terrorem inducta. Tertio pro ſtricto ordine iuris cōis: ⁊ ſic ſumitur in.c.ſi clericus.de fo.cōpe.⁊ no.gl.in.c.vt cōſtitueretur.l.diſt.

¶ Riuus dicitur locus per longitudineꝫ depreſſus de quo aqua decurrit.l.j.§. ij.ff.de riuis.

¶ Riuales ſunt qui per eundem riuum aquam deducūt.l.j.§.ſi inter riuales. ff.de aqua quot.⁊ eſti.⁊.c.honorādus. xxxij.q.ij.vbi no.q̄ etiā riuales dicuntur illi qui exquiſita libidine cū eadeꝫ muliere cōſuetudinem habent.

¶ Rixa ex litibus ⁊ contentione naſcif.l. ſeruus.ff.de actio.et obliga.⁊ eſt inter duos.l.pretor cuius.§.j.ff.vi bo.rapt. et.l.ſi nō conuitij.C.de iniur.

## ¶ De R ante O.

¶ Robur eſt debita proportio oim ſuoꝝ membroꝝ: ſm Egi.de regimine prin. c.xiij.⁊ habetur in ſti.de dona.§.perficiuntur.⁊ de tranſac.c.j.

¶ Rhodos inſula eſt in qua antiquitus vſus mercatoꝝ fuit: et inde dicunf leges Rhodie: vt no.ff.ad.l.rho.de iac.

¶ Rodius eſt genus piſcis cui⁹ ſanguis

Ayuntamiento de Madrid

valet ad tingendum veſtes. vt in. c. de veſti. olob. & de an. lib. xj.

¶ Rogo capitur qñ ꝙ ꝓ ꝑcipio. xj. q. iij. rogo. q̄uis q̄ exhortatur mādatorꝫ opā ſi fungatur. ff. d his q̄ no. infa. l. ob hec vba.

¶ Rogus. vide. xxiij. q. vij. conuenior. ſuper ver. buſto. vbi glo. ꝙ buſtū dr cum res eſt exuſta: rogus cū comburitur: pyra eſt congeries lignorum ad comburendum. vide ibi Archi.

¶ Roma eſt cōis patria. l. roma. ff. ad mu ni. & in. c. expoſuit. de dila. ſm Inn. et c. viij. de fo. cōp. vbi dr. Roma mater & magiſtra oim eccleſiarū. c. baſilicas. de cōſec. diſt. j. Et qd dr. Ubi papa: ibi roma: ſm Inno. in. c. ego em. de iureiu ran. dicit Lud. de ro. ꝓ hoc nō eſſe in mūdo aliquem tex. lꝫ multi multos allegent. Et de ꝑeminētijs pape vid per Bal. in. l. reſcripta. C. de preci. impe. offer. Bñ dicit gl. Roma caput auaritie cūctos pueros doli capaces gñat: vt in. l. ſequitur dicere. ff. de vſuca. glo. ſuper ver. animum poſſidendi.

¶ Rome diuinitus apoſtolica ſedes eſt collocata. Pan. in. c. per venerabilē: in. iij. col. qui filij ſint legi.

¶ Roſtrum dicitur forus cauſarum vbi cauſe tenentur vel tractantur.

## ¶ De R ante V.

☞ Rubrica eſt q̄ legū tituli & capita notantur a terra rubei coloris & minio proxima. Que aliqñ gñalior eſt nigro. inſtit. de iuſti. & iur. in prin. §. & in.

¶ Rudera ſunt ea que eijciūtur domibꝰ diſcuſſis: vel a domo mūdata cū ſcopꝫ vel fragmēta lapidū vel demolimēta cementor: vel folia fauille pulueres.

¶ Rumor ſm Spec. de notorio crimine eſt ꝑticularis aſſertio: vel inſinuatio ex ſola ſuſpitione & incerto autore ꝓueniēs. c. ſuꝑ eo. de eo q̄ cog. ꝯſan. vx. ſue. & hic minus ꝓbat q̄ fama: qr fama eſt cōis aſſertio: rumor vo cū pau ci aliqd: nō tñ publice dicūt: & iō nō ꝓbat: ſed ſolam ſuſpitionem & preſumptionem inducit.

¶ Ruſticani ſunt idē ꝙ ruſtici. C. de ruſti. li. xj. & ruſticitati ꝑcendū eſt. C. de teſtamētis. l. fi. in prin. & l. ex quacūqꝫ. ff. ſi q̄s in ius vo. nō ierit. Et dicit do. Cato. circa. l. ꝑalle. ꝙ conſuetudo ruſticorum eſt vt nō equitēt: ergo expenſe in factis alicuius ꝓ equitatu nō debent eis refici: vt eſt gl. in. l. idem ꝙ. §. idem labeo. ff. mandati. Item in. l. ſeruis. ij. ff. de leg. iij. vbi glo. ꝙ ruſtici nō vtūtur panibꝰ albis: ſꝫ groſſo & allijs caſeo cepis & fabis: & nō pullis vel alijs cibarijs delicatis: ſm Accur. ibidē. C. de epi. audien. l. iudices.

¶ Ruſtica predia. Require. ſ. ruſtica.

¶ Ruta ceſa ſunt q̄ cedūtur vel eruuntur. ff. de act. emp. l. ſi fundus. §. ſi rupta.

¶ Rurſus. i. iterum vel quotieſcūq: & ſignificat ꝓut ſignificatū ꝓpriū vel aliud mediū ſignificare declarat. v. g. teſtator reliquit alicui. x. & ſi perdiderit: rurſus ei reliquit: dicit tex. ꝙ nō amplius q̄ ſemel poſtq̄ ꝑdiderit eſt innandꝰ. Et ſic dictio rurſus aliqñ verificatur in vna vice. l. fideicōmiſſa. §. ſi q̄s. ff. de lega. iij. Ratio: qr niſi ſic ſignificaret heres grauaretur ſepius nouā q̄titatē preſtando qd non eſt veriſimile teſtatorē voluiſſe &c. Et tantum de R.

## ¶ De S ante A.

Accularij dicuntur q̄ vetitas artes exercentes: & ſacculo partem ſubducunt: & partē ſubtrahunt: vel diſtrahūt: vt. ff. de extraordi. crimi. l. ſaccularij.

¶ Sacra que ſint. Require. ſ. res ſacre.

¶ Sacrarium eſt locus in quo ſacra ponuntur.

¶ Sacer locꝰ dr q̄ manet ſacer ēt diru☞pto edificio. Quō aūt dſinat eē ſacer. vide glo. inſti. de re. diui. §. locus.

¶ Sacrum oraculum dr reſcriptū imperatoris qd orando q̄s impetrauit: vel eſt idem qd reſcriptum: vt. ſ. de litera. R. in verbo reſcriptum.

¶ Sacramentū eſt ſacre rei ſignū. Et q̄liter differāt ſacrm: ſignum ſacrificium & myſterium probatur. j. q. j. multi. de conſecra. diſtinc. ij. c. ſacrificium. et. c. ſignū. Et nota quod ſacramentū ve-



Ayuntamiento de Madrid

ritatē q̄dā dicūt nō eē apd̓ hereticos. xxiiij.q.j.ſchiſma.j.q.j.extra eccl̄iam. Hug.tñ dicit ꝙ heretici hn̄t veritatē ſacrorꝝ:ſȝ nō executionē eoꝝ.de ꝯſec. di.iiij. ſicut in ſacris.ꝛ not.j.q.j.q̄ ꝑfe- ctionē.ꝛ.c.dn̄s.ꝛ.xix.diſtin.c.ij.Itē ad ſacr̄m dignitatis.ſ.ordinis tm̄ digni ſine crimine ſine infamia ꝛ irregulari tate admittunt.Rō.q2 illud ſacr̄m nō ſolū ꝑꝑ ſe:ſȝ ēt ꝓpter alios ſuſcipit.j. q.j.§.apparet.Alia aūt liberi9 ꝯferun tur:q2 ꝓpter ſe tm̄ recipiunt:ꝛ effect9 eoꝝ eſt vt talia ſint accipiētib9 q̄li cor de ꝛ ꝯſciētia ſumunt.vt j.§.p̄al.ꝛ que ſint ſacr̄a reiterabilia:ꝛ q̄ nō:no.extra de ſacramentis reitera.ſuper rub.

¶ Sacra annotatio dr̄ reſcriptū qd̓ impe rator ꝓprio mētis motu alicui indul- get cōſtituens ſm̄ p̄ces illius aliquid fieri vel nō fieri.Uide.s̄.reſcriptum.

¶ Sacrificium dr̄ quaſi ſacrū factū:q2 p̄ ce myſtica cōſecratur ꝓ nobis in me- moriā dn̄ice paſſionis.j.q.j.c.multi.

¶ Sacerdos:hoc noīe intelligunt q̄n̄qȝ inferiores:ꝛ noīe clericoꝝ ſupiores:ꝛ cōponit ex dictionib9 greca:dos id eſt datio.ꝛ latina:ſacer.vt.xxj.di.cleros.ſi cut eni rex a regēdo:ſic ſacerdos a ſa- crificādo dict9 eſt.Et ſacerdotes gēti liū dicebāt flamines:q̄ſi filamines:a filo qd̓ gerebāt ī capite ī ſignū ſacer- dotij:ꝛ aliq̄ fuerūt ꝓto flamines:vt in c.cleros.p̄alle.Et nota ꝙ ſacerdos dȝ eſſe prudēs triplici peritia.ſ.ſacra ſcri ptura ad ſubditoꝝ aīas īformādas.xx vj.q.ij.c.ecce.ꝛ.c.ſi q̇s.ꝛ ꝑ totū.ergo ī eccl̄ia metropolitana tenēt doctores theologie.Scd̓o ī ſecl̄ari ſcia:vt ſciat diſcernere verū a falſo:ꝛ viā hēat ad ſciētiās pietatis maxime ad triuiū:nō ad delectationē:vl̓ ad voluptatē.ſ.ad q̄driuiū.xxxvij.di.§.cur ḡ.ꝛ.§.ſed eꝰ. ꝛ.c turbat.Et ḡ in cathedralib9 eccle ſijs haberi debēt magiſtri artiū libera liū magis ad triuiū ꝙ̄ ad q̄driuiū do cēdū:cui9 rō pȝ.s̄.ꝛ.xxxvij.di.ſi q̇s ar tē.vbi dr̄ in fine.Grāmaticoꝝ aūt do- ctrina pōt ēt ꝓficere ad vitā:dū fuerit ī meliores vſus aſſumpta:ꝛ ſic ētanto res gētiles legi ꝓfit dū bonū ibi reper- tū ad bonos vſus ꝯuertat:q2 bonum eſt:nō q2 illi dixerūt.c.turbat.p̄al.Et ſic Paul9 ſepius in ſuis ep̄lis inſerit aliquid ex poetis:vt in ep̄l'a ad Titū illd̓ epimenidis.Cretēſes ſemꝑ mēda- ces male beſtie:vētres pigri.Et ad Co rin.Sepe bonos mores corrūpūt col loquia praua.ꝛ Hier.īſerit v̓ſus Uer gilij.c.nūq̄.de ꝯſe.di.v.ꝛ autoritates Gal.ꝛ Hip.c.di.ne tales.Etiā Augu. vtit v̓ſibus Lucani.c.nec mirū.circa p̄n.xxvj.q.v.Sȝ de legali ꝛ phyſica:vi de.c.ſuꝑ Spe.ne cle.vel mo.Tertio in ſecularib9 negotijs:q2 etiā tp̄alia de- bēt ſubditis miniſtrare ꝛ neceſſitatē patientibus:vt.xxxix.diſt.per totū.et lxxxvj.diſt.c.fratrē.ꝛ.c.niſi.de renun.

¶ Sacerdotes in diuinis eloquijs aliq̄n dij:aliq̄n angeli vocāt:ꝛ a regib9 ſunt honorādi:nō iudicandi:dicente Con ſtantino imꝑatore.Dignū non eſt vt nos iudicemus deos.xij.q.j.ſacerdo- tibus.Etiā ſumit ſacerdos q̄n̄qȝ ī ma lo.C.de male.ꝛ mathe.l.nullus aru- ſpex.vbi ponitur pro incantatore.

¶ Sacer locus dr̄ qui rite per pontifices cōſecratus eſt.l.ij.ff.ne quid in loc.ſa- cro.ꝛ.§.nullus.inſti.de re.diui.ꝛ dif- fert locus ſacer a ſancto:vt colligit in glo.l.ij.§.interdicta.ff.de interdic.

¶ Sacrariū eſt locus in quo ſacra repo- nunt.l.j.ff.ne q̇d in lo.ſac.vel dic' ꝙ eſt illa pars q̄ eſt prope altare in qua ſunt clerici ad celebrandū ꝓpter ſacr̄a que ibi cōficiunt:ꝛ q2 in altari maiori (cū ſoleat eſſe ſacrariū) includunt reliq̄e. de conſec.eccle.vel alta.ꝑ totum.doc. in.c.j.in gloſſ.fi.de vita ꝛ honeſt.cler.

¶ Sacra ſcriptura continet ſolū libros veteris ꝛ noui teſtamēti:ꝛ nō alios:et ratio reddit in.c.quis neſciat.ix.diſt.

¶ Sacramenta eccleſie ſunt ſeptem:duo volūtaria ꝛ quinqȝ neceſſaria.not.gl. in.c.veniēs.de trāſac.ꝛ.j.q.j.§.notan dum.laicus in neceſſitate pōt cōferre duo.ſ.baptiſma ꝛ penitentiā:alia aūt non poteſt etiam neceſſitatis tempo- re.no.doc.in.c.q̄to.de conſuetudine. maxime Panor.in.ij.col.ꝛ in.d.c.ve- niens.ꝛ in.c.paſtoralis.§.p̄terea.vbi etiam Barba.de offic.delega.

¶ Sacrilegiū de iure ciuili eſt cū ſacrum

Ayuntamiento de Madrid

de ſacro tollit.l.iiij.ff.ad.l.iul.de pecu.
⁊.l.aut facta.§.loc9.ff.de pē.⁊.C.de cri
mi.ſacrileg.p.totū. De iure canonico
q̄d ſit:vide.c.ſi q̄s cōtumax.§.ſacrile-
giū.iuncto.c.ſeq.xvij.q.iiij.vide Alb.in
ſuo dictionario in dictiōe ſacrilegiū.
Sacrilegium dicitur quaſi ſacrum le-
dens:vel ſacrum legens: id eſt furās.
de quo.xvij.q.iiij.per totū. et maxime
in.c.quiſquis.ad fi. Et eſt crimen mi-
xtum:vt.s. dictū eſt de crimine. vide
bonā gloſ.in.c.ſunt q̄ opes.xvij.q.iiij.
vbi dantur deſcriptiones ſacrilegij:et
pena cōmittētis ipſum. ⁊ melius in
c.ſacrilegium.ea.q.in gl.ſ.
Sanguinis minutio neceſſaria eſt ad
morbum euitādum in multum reple-
tis:ſm Hippocratem de cōſec.diſt.v.
ne tales.vbi Hiero.recommendat ci-
bi parcitatem ⁊ reprehēdit guloſitatē
oſtēdēs cōmoda parcitatis ⁊ incōmo
da guloſitatis. Et de ſanguinis minu
tione dr̄ in.c.cum ad monaſterium.de
ſta.mona.vbi poteſt concedi carniū
eſus monacho minuēti. Et ibi Frā.de
zaba.alleg. Uincen.dicētem reuelatū
per angelū ꝙ qui minuit.xiij.Febrüa-
rij:nō morietur illo anno ex febrili di-
ſtēperantia:⁊ dicit ꝙ propter hoc aliq̄
faciunt ſe minui etiam nō indigentes
quo nihil ſtulti9 eſſe pōt:q̄z minutiōe
vita decurtatur: ⁊ ſenſus viſus maxi-
me offenditur.hoc zabarel.ibi.
Sagmina ſunt quedam herbe quas le
gati populi romani portabāt interlo-
cutores pacis: q̄z nemo illas herbas
portātes ledebat:ſicut legati grecorū
ſolebāt ea que vocātur cerycia ferre.
ff.de rerum diui.l.ſanctum.
Solarium eſt vectigal domiciliorū di-
ctū quaſi ſolarium a nomine ſolū:eo
ꝙ redditur ⁊ impēditur pro ſolo noīe
pēſionis. Al's ponitur pro premio vel
ꝓ mercede laboris: ⁊ ꝓ remuneratiōe
vt ſalariū aduocatorum.l.ſalarium.ff.
mādā.quādoq̄ pro ſolatio.l.per hāc
C.de eroga.mili anno.aliquādo ꝑ ex-
penſis.l.ſi cum dotē.ff.ſo.ma.aliquan
do ꝓ honore ex parte eius cui debet.
l.ſi remunerandi.ff.manda.
Salubris dicitur quaſi ſalutis vber.ſe
cundū gl.in clementi.dudū.de ſepul.

¶ Salinaria dicuntur ea que dātur pro
ſale. Etiam dicuntur portoria. Requi
re.s.Portorium.

¶ Saltus.tus.tui. eſt denſitas altarum
arborum:et dicitur nemus raras ha-
bens arbores:vbi fere canes et vena-
tores ſaliunt. Unde. Eſt nemus ſalt9:
ſalientis dicitur actus. Et dicitur a ſa
lio ſalis:eo ꝙ exiliat in altū:⁊ in ſubli-
me conſurgat:ſecundum Iſidorū lib.
xiiij.c.vſ.et inde venit fundus ſaltuen
ſis.C.de fun.pa.et ſaltuen.lib.xi. Etiā
dicuntur talia loca vinaria et foreſte:
vt in cle.in agro.de ſtatu monacho.
Et eſt duplex ſaltus: ſcilicet hybern9:
et eſtiuus.

¶ Saltuenſes dicūtur conductores pra
torum:coloni vero prediorum.l.iij.C.
qui milita.non poſſunt.⁊.l.iij.§.ſalt9.
ff.de acquirē.poſ.et.l.creditores.ff.de
actio.empti.

¶ Saluo eſt dictio modificatiua et reſer
uatiua precedentiū.gl.ſingu.l.item la
beo.ff.fami.erciſcun.

¶ Salgamum ſecūdum Hug.eſt idem
quod culcitra: dictum a ſaluo vel ſali
ca:⁊ gamos nuptie: vel gama mulier:
quia maxime propter talia fiūt culci-
tre:ſcilʒ maxime propter mulieres:vt
in rub.C.eo.ti.lib.xij.

¶ Sanctio dicitur proprie illa conſtitu-
tio vel lex contra quam ſi factum fue-
rit pena irrogatur ⁊ imponitur:vt no.
iij.diſt.in ſum.⁊ capitur quandoq̄ la
te:vt in proemio clemen.not.Jo.and.
in ver.ſanctio.

¶ Sanctio imperatoris eſt cui pena ſan
guinis additur.

¶ Sanctio pragmatica. Require. s. P.

¶ Sanctio q̄nq̄ dicitur quelibet impe-
rialis conſtitutio vel inſtitutio : q̄nq̄
dr̄ totius iuris collectio. Et ſumitur
etiam ſtricte pro conſtitutione pena-
li:vt no.iij.diſt.in ſum.

¶ Sancte res. Require.s. Res ſancte.

¶ Sanctum dr̄ quod defenſum et muni-
tum eſt ab iniuria hominū.vt.ff.de re
rum diui.l.ſanctū.vnde Juſtinianus
dictus eſt vir ſanctus.i. firm9 ⁊ virtu-
tibus munitus. Martianus aūt vn9



Ayuntamiento de Madrid

ex autoribꝰ legū ait ꝙ ſancti dicūtur a ſanguine quaſi imolādo ſe ad effuſionē ſanguinis deo. Alias a ſanguinibꝰ ſanctus dr̄: quod nomen herbas ſignificat quas ſolebant portare legati populi romani: ne q̄s eos violaret. ff. de rerū diui. l. ſanctum. Sic dicta dicunt̄ que neq; ſacra neq; ꝓphana ſūt. Sic leges dicuntur ſancte.

¶ Samaritanus ⁊ ſarracenus differunt. vnde ſarraceni ſm̄ Hoſt. dicuntur illi qui nec vetus nec nouū recipiūt teſtamentū: q̄ non ab Agar ancilla abrae: de q̄ fuit eorū origo: vocari voluerūt agareni: ſed potiꝰ a Sarra vxore eius libera ſe ſarracenos vocāt. Tn̄ ſunt q̄dā inter ſarracenos ſamaritani vocatia ſamaria ciuitate: q̄ receperūt q̄nq; libros Moyſi: ſed prophetas reſpuerūt: ⁊ q2 illos reſpuerunt: ideo dr̄ ꝙ cō iunguntur iudei ſamaritanis.

¶ Sapa muſtum dr̄ vſq; ad tertiam partem: vel vt quidam volunt: vſq; ad dimidiam decoctum. l. queſitū eſt. §. cellariuz. ff. de fundo inſtru. vas in quo ēs eneum in quo ſapa coqueretur.

¶ Sapientia eſt de diuinis: ſed ſcientia de mundanis: ⁊ ponuntur quinq; habitꝰ intellectuales apud philoſophū. vj. ethicorū. Primus ſapientia: et eſt aſſenſus alicuiꝰ ꝓpoſitionis cuiꝰ termini ſupponūt ꝓ principijs eſſendi: vt ſunt deꝰ ⁊ intelligentie. ⁊ ſic theologia ⁊ metaphyſica dicūtur ſapientia. Secūdus habitus eſt itellectus: ⁊ eſt aſſenſus alicuius propoſitionis per ſe note ad experientiam: vt illius omnis ignis eſt calidus: vel illius: quodlibet eſt vel nō eſt: et generaliter cuiuſlibet principij. Tertius dicitur ſciētia: ⁊ eſt aſſenſus alicuius propoſitionis: cuiꝰ termini ſupponūt pro effectibus ſecūdis naturalibus: ⁊ ſic philoſophia naturalis eſt ſcientia. Quartus ars: ⁊ eſt habitꝰ ſenſitiuus inclinās intellectū ad recte operandū. Et dicitur habitꝰ recta rōne factus: q2 ibi debet apparere bonitas facti vel operati: non curādo de bōitate operātis: vt eſt ars grāmaticalis ⁊ fabrilis ⁊c. Quintus habitus eſt prudētia q̄ inclinat intellectuz ad debite eligēdū ⁊ obtinēdū: vt philoſophia moralis: ſub q̄ cōprehēdit̄ ius ciuile ⁊ canonicū. ⁊ hec notant̄ ex vj. lib. ethico. Ariſto.

¶ Sapiēs ꝑſumptio eſt ſapientē nō errare. ff. de offi. ꝑfe. preto. l. j. C. de leg. humanū. Reqre. ſ. Diligens ꝑſumptio.

¶ Sarcinator vel ſartor eſt ille qui nouit artē ſarciēdi ⁊ ſuendi veſtimēta: ⁊ dr̄ a ſarcio. Et differūt ſarciator ⁊ fullo: vt no. inſti. mandati. in fi. in glo.

¶ Sarcophagus eſt locus vel tumba in quo ſepelitur defunctus: ⁊ dicit̄ a ſarx ſarcos: qḋ eſt caro: ⁊ phagein grece. i. comedere latine: quia ibi caro hominis comeditur a vermibus.

¶ Sarculꝰ eſt inſtrumentū cū quo ramꝰ abſcindit̄ vel aliq̄d aliud. ⁊ cardones: ⁊ herbe inutiles excindunt̄ ⁊ euellūt̄ q̄ naſcūt̄ inter bōas. Eſa. c. vij. Oēs mōtes in ſarculo ſarcient̄. ⁊. j. Re. xiij. i fi. ſm̄ Jo. an. in ꝓemio cle. in ṽ. ſarculū.

¶ Sartatecta dicūtur edificia que reparatione indigent.

¶ Sartatecta dicunt̄ opa publica que locāt̄ vt integra ꝑſtent̄. vide Budeū. l. hactenꝰ. ff. de vſufr. in āno. ad pādec.

¶ Satiſdatio eſt cautio fideiuſſoria vel etiā iuratoria ſi fideiuſſorem q̄s dare nō poſſit. Require. ſ. Cautio.

¶ Satiſdare eſt ſecuritatem ꝑ fideiuſſores dare. ff. qui ſatiſda. cog. l. j. Vel ſm̄ Azo. eſt alicuius implere voluntatez.

¶ Satiſfacere q̄d ſit: patz in. l. j. preal. ⁊. ff. de pig. act. l. ſi rem alienā. §. oīs. et ſatiſfactū intelligit̄ qualitercūq; ſatiſfiat. ff. q̄. mo. pig. vl̄ hypo. ſolu. l. itē liberat̄. in ꝑn. ⁊. ff. de pig. act. l. ſi in rē. ꝑalle. §. ſi ſatiſfactū. Et no. Dy. i regl̄a pactū. de reg. iur. li. vj. Et ſic cui remittit̄ reſtitutio: regulariter intelligit̄ reſtituiſſe vel ſatiſfeciſſe: vt ibidem: niſi in caſibus vbi remiſſio nō liberat: vt. c. ſtatutū. §. ſi quidem. de reſcrip. lib. vj.

¶ Sonticus morbꝰ eſt ille qui perpetuo nocet niſi ſit curatus.

¶ De S ante C.

¶ Scapha eſt parua nauis. l. ſcaphaz. ff. de euict.

Ayuntamiento de Madrid

¶Scratura eſt locꝰ vilis ad iacendū diſ-
poſitꝰ. i aut. ꝺ monachis. §. cogitādū.

¶Scapula ⁊ cucula veſtes ſunt mona-
chales. in aut. de nup. §. ſancimꝰ.

¶Scaphina genus eſt cinguli. l. quintꝰ.
§. fi. ff. de auro ⁊ argen. lega.

¶Jmo vero illic legit̃ ſcaphia in nume-
ro plurali: a ſingulari ſcaphiū: qꝺ ſi-
gnificat vas mulierū ad alui extremē-
ta ſuſcipiendum.

¶Schema. i. ordo iudiciorū. in aut. de
iudi. in princ. vel ſchema. i. ſnia. eo. ti.
§. ſ. aliqñ ſchema. i. eremodiciū. not. i
aut. q̃ in prouincia. C. vbi de crimi. agi
opꝫ. Aliqñ accipitur pro titulo pro ſo
luto. in aut. de eccle. rerum alie. §. pe.

¶Scena ſm vnā ſignificationē eſt obū-
bratio vel velatio i theatro vel alio lo
co in quo hiſtriones: mimi: vel iocula
tores ſiue comedi ludos ſuos exercēt.
⁊ ſic vr̃ accipi. C. de ſpectacu. ſceni. ⁊ le
no. li. xj. Jdē ꝟbū habes. ff. de his qui
no. infa. l. ij. §. ꝑtor. ⁊. xxxiij. diſt. mari-
tū. ibi exponit Archi. Uel ſꝫ aliā ſigni
ficationē dicit̃ ſcena q̄ promptiorē hꝫ
leuā (alias ſcenā) ⁊ expeditiorē. ff. de
edil. edicto. l. q̄ clauū. §. item ſciēdum.

¶Scenice mulieres. i. ꝓſtibularie vl̃ me
retrices nullā cautionē ꝑſtare debent
ſuo hoſpiti vel lenoni: neq̧ lenones ta
lē debēt cautionē exigere. Tamē etiā ſi
fideiuſſores dāt vel iureiurādo ꝓmit
tant de perſiſtēdo in lupanari vel ꝓ-
ſtibulo: nihilominꝰ poſſunt ſine peri
culo diſcedere: q̄ iuramētū ſup̲ re illi-
cita ſeruari nō dꝫ. Et dicūtur ſcenice
mulieres: q̄ in ſcena. i. loco turpi vt ꝓ-
ſtibulo ſtāt: a ſcena. i. theatrali inum-
bratione vel ſpectaculo circi: vbi ꝯſue
uerunt tales ꝓſtare. ff. de infa. l. ij.

¶Sciētia triplex eſt: eminēs: mediocris
⁊ ſufficiens. Eminens ꝺ illa p̲ quā q̄s
ſcit difficillimas q̄ōnes explicare ⁊ dif
finire i promptu ſine reuolutiōe librox.
Mediocris ꝺ q̄ p̲ quā q̄ōnes difficiles
decidit cum reuolutiōe librox. Suffi-
ciēs aūt eſt legitima req̄ſita ſꝫ qualita
tē officij ſeu bñficij: ſm Jnn. ⁊ Abb. in
c. cū in cūctis. numero. iiij. de electio.

☞Sciētie triniales dr̄ q̄bꝰ maxie vtūt̃
ciuitates vt grāmatica / rhetorica / dia
lectica / phyſica / ſeu medicinales. in-
ſti. de excu. tuto. §. grāmatici. in gloſ.

☞Sciētie quadriniales ſunt vt muſica:
aſtronomia: geometria ⁊c. in ſti. vt. ſ.

¶Scientia ⁊ ſtudiū cōueniunt omnibꝰ
maxime clericis ex ore dei. Panor. in
c. cū magno. in. iij. col. ver. ⁊ ꝙ ſtudiū
cōueniat. ne cleri. vel mona.

¶Synteſim grece latine omnē poſſeſſio
nē importat. l. alumne. §. titio. ⁊ ibi gl.
ff. de adimen. lega.

¶Schiſma ſm Goffre. eſt illicita diſſen
ſio: diuiſio vel diſceſſio eox iter quos
vnitas eſſe deberet. Uel ſic. Eſt illicitꝰ
ab vnitate eccl̃ie vel ab vniuerſitate
diſceſſꝰ. Et ꝺ a ſciſſura: q̄ p̲ ſchiſma
fit ab vnitate ſciſſura. xxiiij. q. ſ. ſciſſu-
ra: ⁊ differt ab hereſi: q̄ hereſis in ꝑu.
ſui hꝫ ꝑuerſum dogma: ſed ſchiſma in
fine fingit aliquā hereſim vt recte ab
eccl̃ia videat̃ receſſiſſe: vt dicit Hier.
xxiiij. q. iij. hereſis. Et ſic ſchiſma ⁊ he
reſis differūt ſicut genꝰ ⁊ ſpecies: q̄
oīs hereticus eſt ſchiſmaticus: ⁊ non
econuerſo: niſi durauerit.

¶Scita ſunt ea q̄ plebs tm̄ ꝯſtituit: ⁊ vo-
cant̃ ſcita eo ꝙ plebs ea ſcit ⁊ ſciſcitat̃
ſeu rogat vt fiāt: ſm Jſido. lib. vj.

¶Scribe tabularij ſecundum quoſdam
olim creabant̃ ad tempus triennij ad
ſcribendū publica ratiocinia ꝓuincia
rū ſeu ciuitatū: ſm Accur. C. eo. tit. in
rub. lib. x. Et ꝓprie ſunt illi q̄ ſcribunt
nominatos ad munera ⁊ honores: et
tributa colita: ⁊ ſunt tabularij: q̄ pu-
blicis inſtrumentis preſunt in ſingu-
lis ciuitatibꝰ: ⁊ hi appellant̃ librarij:
vt. ff. de reg. iur. l. ſi librarius. ⁊ tabellio
nes: vt in aut. de tabellio. coll̃. ij. ⁊ ſic
pōt accipi. C. de bo. li. l. ſi q̄s poſt. §. ſ.
licet ⁊ aliter ibi exponat̃. Alias ſcribe
dicūtur q̄ circa ꝑncipes vel alios ma-
gnos iudices ſunt deputati ꝓ actis ⁊
geſtis ꝯficiēdis. Hi quoq̧ vocantur
ſcriptores: notarij libellēſes: pragma
ticales: epiſtolares: exq̄ſtores. vt. C.
de ap. l. precipimꝰ. ⁊ in. l. offerēdis.

¶Scribe logographi ſm Accur. dicunt̃
q̄ publicis rōnibus ſcribēdis deputa-
ti ſunt: nā logꝰ grece rōnes publicas
dicimus latine: et graphos ſcripturē.



Ayuntamiento de Madrid

Hi etiã numerarij appellant: vt. C. de ſuſcepto. ꝓpoſi. ⁊ arca. l. duos. lib. x.

¶ Scribe cenſuales ſunt qui ſcribũt cenſum. C. de tabu. in rub. lib. xij.

¶ Schola dr̃ ſocietas ſcholariũ: vel loc⁹ in quo diſcũt aliq̃: vt ſcholares vt ſciãt ſciẽtiã ⁊ prudẽtiã: alij militiã: vt tyrones: vt. C. de priuilegijs ſchola. lib. xij. nã ſchola grece eſt vacatio latine.

¶ Scholaris eſt ꝑſona vacãs ab humanis negotijs ſcholaſticis dedita diſciplinis. Et dr̃ a ſchola grece. i. vacatio latine: ⁊ ares ꝟt⁹: quaſi ꝟtutib⁹ vacãs. Et ſcholarĩ ꝓficere cupiẽs dz habere quinq; ↄditiões. Primo ſingula cõſideret diligẽter: q2 ſi certa ſunt: a ſignificatione ꝟborũ nõ eſt recedendũ. ff. de exer. act. l. j. §. ſi is q̃ nauẽ. ⁊. l. nõ aliter. ff. de leg. iij. ſi dubia non ſunt maligne: ſz benigne interpretãda. de re iu. c. ij. ⁊. c. ad audientiã. de deci. Scd̃o q̄ de ꝓbabili dubio nõ reddat ſe certũ: ſz dubiũ: ⁊ īterroget certiores vel ꝑitiores. C. de inge. ma. l. ſi durãt. ipſe ſol⁹ excuſat q̃ qd̃ diceret: nõ inuenit. Tertio q̄ habeat ſenſum capacem: vt in. c. vnico. de offi. pri. nõ innitẽs prudẽtie ſue: ⁊ verã intẽtionẽ ſentẽtie nõ peruertẽs. ⁊. ne innitaris. de ↄſti. Quarto ſtudiũ cõtinuet: q2 doctrine pater eſt vſus: doctrine mr̃ eſt ſcholaris. Vñ Intercíſa perit: cõtinuata viget. etiã. Deficit ambob⁹ q̃ vult ſuire duob⁹. Quinto nõ dedignat a quocũq; īſtrui cui magiſterij officiũ ſit iniũctũ: vt in c. vnico. preal. de offi. primi. xxiiij. q. iij. Sic habes cõtra quoſdã ex ſuperbia ⁊ verecundia interrogare nolẽtes qd̃ neſciũt: ⁊ minorũ dicta ex quadã indignatiõe ſuperbie deſpicientes. vt dicit Hoſt. in. c. vnico. prealleg.

¶ Scholaribus in aliquibus locis lectu re ſtatuunt vt addiſcãt poti⁹ q̄ vt doceãt: ⁊ vt ſe aſſuefaciãt: nam multum proficit quis in docendo alios: iuxta illos verſus: Diſcere ſi cupis: doceas: ſic ipſe doceris. Nam ſtudio tali tibi proficis atq; ſodali. Refert Panor. in c. j. in fi. de magi.

¶ Sciſſarij: truncarij: ⁊ oratorij: idem ſunt.

¶ Scriniarij: ⁊ ſcriniorum memoriales idẽ ſunt: ⁊ magiſtri ſcriniorũ etiã ſcriniarij appellant tabelliões: vt in. c. ad audientiã. de preſcriptio. in glo.

¶ Scrupuloſitas. i. nimia ſubtilitas. l. poſthumus. in princi. ff. de iniuſto teſta. Aliqñ. i. damnũ: not. in gloſ. §. q2 vero leonis. in aut. de nõ alie. ⁊ in. l. fi. C. de neceſ. ſer. here. inſti.

¶ Scrupulus eſt. xxiiij. pars vncie. tres ſcrupuli faciũt drachmam: octo drachme faciunt vnciam. l. j. C. de metal. ⁊ metalla. lib. xj. ⁊ vide ibidem Bart.

## ¶ De S ante E.

¶ Secũdicerius olim dicebat qui ſcd̃m locũ obtinens: ſcriptus erat ſcd̃o loco in matricula notariorũ: vt. C. de primice. ⁊ ſecundice. l. j. ⁊. ij. lib. xij.

¶ Scd̃e nuptie dicunt cum aliquis cũ aliqua ſcd̃o nubit: ⁊ ſunt oẽs nuptie que ſequunt ſepulturã vel ꝑmas nuptias ſiue ſint tertie: ſiue q̃rte: ⁊ ſic de alijs. de hoc. C. de ſecundis nup. in rub.

¶ Seditio dicitur quaſi ſeorſum itio: q2 in diuerſum vadũt: alioſq; trahũt: vel a ſedo ſedas per cõtrariũ: vt dicit glo. in rubri. C. de ſeditioſis. Et dr̃ ſeditio: quietis publice turbatio. C. eo. ti. l. j. ⁊ ij. de hoc no. xlvj. diſt. ſeditionarios. ⁊ ibi ꝑ Archi. ⁊ Jo. an. de immu. eccle. c. decet. lib. vj. Et tales cõcitãtes ſeditionem puniunt pena capitis: vt no. in. l. denũciam⁹. C. de his q̃ ad eccle. ↄfu.

¶ Semeſtre eſt tꝑs ſex mẽſiũ: ⁊ duo ſemeſtria faciũt annũ. vide inſti. de excu. tuto. §. item diuus. in glo.

¶ Semis colligitur ex ſex vncijs: ⁊ eſt dimidia pars aſſis: ⁊ dr̃ quaſi ſemi as. C. de metatis. l. hac lege. lib. xij.

¶ Seminecis ideſt ſemimortui: vt in. l. q̄ indignũ. C. de teſta. vbi dicit. Non ſunt neceſſaria obſeruari momẽta verborum que ſeminecis ⁊ balbutientis lingua profundit.

¶ Semita: id eſt via. l. ſi ex plagis. ff. ad legem aquiliã. ⁊ capi. ad audientiam. de homicid.

¶ Semper: id eſt omni tempore ⁊ omni caſu. l. ſemper. ff. de iure immuni. ⁊ no.

Ayuntamiento de Madrid

l.ſ.ff.ſolu.matrimo.⁊ denotat cõtinua tionem.vt inſtit.in proe.ibi.ſemper au guſt9.⁊.l.ij.in' fi.C.de epiſcopis ⁊ cle. Aliquãdo hec dictio ſemp ſubaudiť s iure.l.iuriſgẽtium.in prĩn.ff.de pac. Aliquãdo ſemp fieri dicitur qd ſit ho ris debitis ⁊ ordinatis.⁊ita exponitur in cap.ſi laicus.xxxj.diſt.⁊ i.c.quoniã de conſecr.diſt.v. Aliquãdo ſemper.i. imppetuũ.l.fi.ff.ad.l.pompe.de parri. Aliquãdo ſemper.i.ſine temporis pre finitione.§.appellanť.inſti.de excep.⁊ l.in ꝯditionib9.ff.ad ſylle. Aliqñ deno tat animi motũ. Iuuenalis. Sẽp ego auditor tãtũ.⁊ de ſua expoſitiõe vide Spec.in ti.de reſti.i integ.§.iiij.circa medium.⁊ p Bar.⁊ alios doc.in dicta l.j.ff.ſolu.mat.

¶ Seſcunx ꝯſtat ex vncia ⁊ dimidia:⁊ eſt octaua pars aſſis:⁊ debet eius lra ter tia ſcribi s:et non x:vt inſtitu.de here. inſtit.§.hereditas.ſm Accur.

¶ Sextans eſt ſexta pars aſſis ex duabus vncijs conſtans.

¶ Sed capitur quandoq3 aduerſatiue:⁊ aduerſatur in iure. Quandoq3 autem adiuncta copula:aduerſatur etiaʒ in facto.ff.de peti.here.l.ſed et ſi.in prin. cuʒ gl.impropriatur tamẽ:vt in.l.ij.in fi.ff.ſi quis cau.vbi quando cuʒ copu la poniť:vt dicẽdo:ſed ⁊ ſi aduerſať ad factũ:nõ ad ius:imo ſignificat idẽtita teʒ iuris.⁊ ſumiť illud ſignificatuʒ ex copula:que copulat noĩa:⁊ nõ factũ ſe quẽs cũ precedẽti:qꝛ nõ poteſt:cũ ſit factũ diuerſuʒ:copulat ergo q̃ ad ius Qñ aũt ſine copula poniť cũ ꝯditiõe ſi:vel ſine ea:tũc ſimpliciter ſignificat aduerſatiue q̃ ad factum ⁊ quo ad ius vt in.l.ſed ⁊ ſi.ꝑalleg.ſimiliter in.l.ij.in gl.ſuper verbo fortius.ff.ne quis eũ q̃ i ius vo.vi exi. Significat ergo dictio ſed aduerſatiue ſimpliciter vel tantũ ad factum:prout ſignificatuʒ ſuũ vel aliud declarat vel concludit.

¶ Senatores dicunť magiſtratus popu li:quaſi ſeniores.nã ſꝫ Azo.leges pri9 fiebãt a populo eiuſq3 interuentu:ſed qꝛ aucto pplo cepit difficile cõuenire in legib9 ꝯdẽdis:ideo eligit popul9 cẽ tũ ſenatores:vt.C.ꝺ pet.here.l.vlti.vt ipſi vice populi conſulerenť:⁊ quicq̃d ſtatuerẽt:lex eſſet. Senatores ãt ſunt qui a patritijs ⁊ ꝯſulib9 vſq3 ad viros illuſtres deſcẽderũt:⁊ hi ſolebãt dice reſuiam in ſenatu:quare etiã ꝯſulẽ ro manũ vocam9 ſenatorẽ magiſtrat9.vt ff.de ſena.l.vlt.⁊ inſti.de iure na.gen. ⁊ ciui.§.lex eſt. Senatores etiã dici de bent ſenatorum filij ⁊ nepotes ex filijs nati:nõ autem nati ex filiabus:vt.l.li beros.ff.de ſenato.

¶ Senatus eſt cetus ille honeſtiſſimus ſenatorum:qui cẽtum erant numero: vt dicit Azo.ff.de legi.⁊ ſena.conſul.⁊ parificatur ſenat9 principi:vt puta cũ habeať vice populi:⁊ ante imperato reʒ per populũ:⁊ poſt imperatorẽ per principeʒ conſtitutus fuit ſenatus:vt ff.de orig.iur.l.ij.

¶ Senatuſcõſultũ eſt quod tantũmodo ſenatores habito conſilio populis cõ ſulendo decreuerũt:ſm Iſido.li.v. Et nota q multiplex eſt ſenatuſcõſultuʒ vt infra patet.

¶ Senatuſcõſultum romanũ alias ſepti manũ omnib9 ciuitatibus fidei cõmiſ ſariã hereditatẽ iubet reſtitui:⁊ in eaʒ et ad eam omnes actiones tranſferri.

¶ Senatuſconſultum artificianuʒ alias artificulianũ eſt quo cauetur vt preſi des puinciarum cognoſcãt in prouin cijs de libertate:licet heres nõ ſit illi9 prouincie.

¶ Senatuſcõſultũ claudianũ tollenduʒ ſtatuerat q mulier libera ſeruili amo re capta:ſi ei denũtiatũ eſſet a dño ne cõmiſcereť ſuo ſuo:⁊ iudex ſup ea cau ſa admonuiſſet:nec ipſa acquieſceret ſubſtantiã ſuã ⁊ libertatẽ amittebat:⁊ fiebat ſerua vel ancilla dñi denũtian tis:quod qꝛ viſuʒ eſt miſerabile ⁊ indi gnum ſublatum eſt.

¶ Senatuſcõſultũ libonianum euʒ coer cet qui obſtruẽdã actionẽ vel teſtimo niũ dicẽdũ:pecuniã acceperit pactuſ ve fuerit. Itẽ qui pfecto inſtrumẽto le gatũ ſibi aſcribit. Itẽ qui heredẽ in ex heredationẽ:aut in alicuius cõdem nationem legatum aſcribit.

¶ Senatuſcõſultum macedonianũ ha bet locũ qñ aliquis filiofamilias i po

HEMEROTECA MUNICIPAL MADRID
Ayuntamiento de Madrid

teſtate patris exiſtēti mutuo pecuniā tradidit: q2 hoc ſenatuſcōſultū ꝓhibuit mutuā pecuniā dari filiiſfamilias ne onere debitoꝝ pregrauati eſſent occaſio machinādi morte patris. Si autē ↄtra ſenatuſcōſultū iſtud qs filio familias nūmos tradiderit: traditos amittat: niſi ipſe filiuſfamilias habeat caſtrēſe peculiū vel q̄ſi caſtrēſe: eo ēm vtitur vt pr̄familias. Eſt aūt dictū macedonianū ſ3 Azo. C. eo. ti. a macedone peſſimo feneratore. q̄ tradendo pecunias ꝛ ſi non expſſe: tñ tacite ꝛ velatis vbis ſuadebat de occiſiōe pr̄is. Et no. ꝙ auxilio ſenatuſcō. velleia. renūtiaẜ: vt i. l. vlt. ff. ad velleia. ꝛ. C. qñ mulier tut. of. fun. poſſit. aut. m̄ri. ſ3 macedoniano renūtiari nō pōt: vñ poſt ſniam daẜ exceptio ex eo. ff. ad macedonia. l. j. ꝛ rō eſt: q2 pmū ſenatuſcō. eſt fauorabile tm̄ i fauorē mulieꝝ inductū: ſ3 ſm in fauorē filioꝝ ūfamilias: ꝛ in odiū creditoꝝ. ff. de ↄdi. inde. l. q̄ exceptionē3. hec Hoſt. de renuntia. §. renuntiatur.

⁋ Senatuſcōſultū orficianū ad ſucceſſionē matris inteſtate filias vel filios legitimos ſiue vulgo q̄ſitos vocat: niſi mater ſit illuſtris: cui9 filiū noiare ſpuriū ſatis eſt acerbū: vocatq; ex teſtamēto nepotes ꝛ neptes: q̄ oino preferunẜ cō ſanguineis ꝛ cognatis ſiue agnatis.

⁋ Senatuſcōſultū pegaſianū ſtatuit vt qñ ſcript9 heres rogat9 eſt totā hereditatē vel pluſq; qdrātē reſtituere ali cui liceat ſcripto heredi toti9 hereditatis quartā partē retinere: q̄ caſu onera hereditaria ſuſtineat inter ſe ꝛ illū cui hereditas reſtituiẜ: inter quē ꝛ ip3 cui hereditatē reſtituit: ſtipulatiōes ſolebant interponi vt cōmunicent ꝓ rata parte lucrum et damnum.

⁋ Senatuſcōſultū piſanianū: vt ſi pene obnoxius ſiue ſeru9 veniſſet: qñ animaduerſum ſit in eum pretium venditor preſtet emptori.

⁋ Senatuſconſultū plantianū, de liberis agnoſcēdis loq̄t: q̄ poſt diuortiū educaẜ: ꝓ hoc ꝑmittiẜ mulieri ſi putet ſe ꝑgnātē: denūtiare marito ſuo īfra. xxx. dies vel. xxx. poſt diuortium: ita ꝙ niſi marit9 cuſtodes miſerit: aut ↄtrariū3 nūtiauerit ex ſe eā nō eſſe ꝑgnātē: cogaẜ partū agnoſcere tāq; ſuū. Si vero ipa oppreſſa fuerit: nullū huic partui generat preiudicium.

⁋ Senatuſconſultū iulianū dicit quo directā ſibi ſerui accipiūt libertatē: cum illi a quib9 libertates erāt relicte: a pretore vocati nolunt adeſſe.

⁋ Senatuſconſultū ſylleianū ꝛ claudianū punit ſeruos capite q̄ dn̄is ſuis cū vocarenẜ omnimodā ope3 vel auxiliū in quātū potuerint nō tulerūt vel impēderūt: cū ipſi hoc viderēt ꝛ audirent. Et ponit edictū i q̄ ꝓhibeẜ teſtamēta aperiri: recitari vel deſcribi: vel hereditates adiri: ſub certa pena ante q̄ſtionē adhibitā de morte defuncti: ꝛ ↄtra facientibus penam imponit: vt. l. ſi q̄s in graui. §. quod autem. ff. eo.

⁋ Senatuſcōſultū tertulianū quo caneẜ matri nō auie de ab inteſt. ſucceſſione deferēda. vt mater ingenua triū liberorum ius habēs: ſi libertina q̄tuor: filio ſuccedit defuncto: nō exiſtētibus vltimis liberis vel emancipatis nec a pr̄e neca m̄re defuncti: ſed nouo iure ꝛ ſi ſolū vnū pepiſſet: ſiue ſit ingenua: ſiue libertina: idē ius verſaẜ. Uel ſenatuſcōſultū tertulianū dr̄ cū matres vocāẜ ad hereditates filioꝝ per ſenatuſconſultū tertul. vt inſti. de teſta. per totū. ꝛ no. ff. de excep. rei iudi. l. ſi vir. in pn̄. et maxime in. l. j. ff. eo. titu.

⁋ Senatuſcōſultū traianum alr̄s caruianum: ſtatuit ſi iter plures heredes infans ſit q̄ fari nō poſſit: ꝛ ipi rogentur ſuū manumittere: nō ideo libertas intercidat: quia fari non pōt infans: nec ſeruū poteſt vēdere: ſed eſtimatis partibus ſeruū manumittāt ſalua portione infantis.

⁋ Senatuſcōſultum damaſianum diciẜ quo cautū eſt ſi abeſt ille iuſta cā qui libertatē d3: ꝛ hoc ꝓnūciatū ſit ꝙ perinde libertas ei competat ac ſi ab ipſo directe data eſſet.

⁋ Senatuſcōſultū trebellia. a nouo iure incremētū ꝛ formā hāc accepit: vt exncluſo ſenatuſcōſulto pegaſiano liceat hereditatē reſtituēti q̄rta3 partē retinere inter ip3 ꝛ fideicōmiſſariū ꝓ rata

Ayuntamiento de Madrid

portione dimiſſis actionib⁹ cõtra cõ-
munẽ ſtipulationẽ. ⁊ ſi totã heredita-
tẽ volens reſtituerit: ad eum ⁊ in eum
oẽs transffert ſtipulationes.

¶ Senatuſconſultũ turpilianũ quo ſta-
tuitur ne ꝗs publici iudicij crimẽ in-
tẽtans: ab accuſatione publici crimi-
nis cauſa ordinata .i. poſt iſcriptionẽ
⁊ fideiuſſionẽ datam: reſiſtat abolitio
ne non impetrata.

¶ Senatuſcõſultũ velleianũ inductũ eſt
in fauorẽ mulierũ: ſcȝ illaꝝ ꝙ lenitate
ſua ⁊ ſex⁹ fragilitate ſe ⁊ ſua obligãt ꝓ
alijs fideiubẽdo: vel obligationẽ in ſe
recipiẽdo. Per hoc ſenatuſcõſultum
eis ſubuenit ⁊ cõceditur vt ipſe indẽnes
ſeruent: ⁊ ſi ꝯueniant ꝓ tali obligatio
ne: poſſit opponere exceptionẽ ſenatuſ-
cõſulti velleiani. Ceſſat aũt hoc ſena-
tuſcõ. cũ mulier renũtiauit velleiano
⁊ omni auxilio. ff. eo. ti. l. vlti. Et dictũ
eſt a velleio cõſule: qui fuit autor illi⁹
ſtatuti. Et nota ꝙ mulier põt renũtia
re velleiano abſq; alia certioratiõe. vt
nota. in. l. iuris ignorãtia. C. ꝗ admit.
ad bono. poſſeſ. ⁊ Bal. ibi diſtinguit
tria membra: aut mulieris interceſſio
vel fideiuſſoris eſt ſm leges: aut pter
leges: aut ꝯ. Primo caſu nõ eſt ꝗrẽda
certificatio: cũ nõ ſit op⁹ renũtiatiõe
ex quo lege pmittẽte fideiuſſit. Et ſũt
quinq; caſus. Primus ſi intercedẽdo
aliquã pecuniam recipit: ⁊ ſic ſe obli-
gat. l. antiqua. in pn. ff. ad velleianum.
Secũdus ſi ſecũdo interceſſit. l. ſi mu
lier perfecte etatis. ff. eo. tit. Tertius ſi
ꝓ dote fideiubeat. l. ſi. eo. tit. Quartus
ſi ꝓ libertate alicui⁹ ⁊ in cã pia. Quin
tus ſi apud minorẽ itercedat. ff. de mi-
nori. l. ſi apud. Scđo caſu aut eſt certi-
ficata: aut nõ. Si pmũ valet renuntia
tio: ſeruata ſolẽnitate: vȝ cũ iſtrumẽ-
to publico: ⁊ teſtiũ ſubſcriptiõe. Si ſe
cũdũ: nõ valet. Fallit tñ in duob⁹ caſi
bus. Prio qñ fit renũtiatio i iudicio:
valet colore et fauore iudicij. Scđo ſi
iteruenit iuramẽtũ: valet ſm Bar. in
l. ſciẽdũ. ff. de ver. obl. ⁊ ſm Bal. i aut.
ſacramẽta puberũ. C. ſi aduer. vẽ. Ter
tio caſu cõtingit cõtra legẽ fideiubere
duobus modis. Primo ꝓ marito: nõ
in ſui vtilitatẽ: ſȝ mariti. Scđo omiſſa
ſolẽnitate inſtrumẽti ⁊ teſtiũ. Hec ad
dit Bal. ſup additionibus Jo. andr.
in Spe. titu. de diſpn. ⁊ allega.

¶ Senatuſconſultum iunianum poſt vo
cationẽ ad libertatẽ pducit propriuȝ
heredẽ ſeruũ vl' emptũ: ſiue dñs iuſta
cã abſit vel latitet: ſiue nõ vult manu-
mittere: ſi ſeruilis cõditiõis ſcitis pri-
uatis pactis ſuã velit mutare ſentẽtiã
ſiue cõditionẽ: pena contra colluſorẽ
pmiſſa: ⁊ detegenti premia taliter do-
nãdo vt de iure patronatus nãciſcat.

¶ Senatuſconſultũ voluſianum ſtatuit
ꝙ qui improbe in litem cocũt: vt quic
quid ex condẽnatiõe in rẽ ipſius red-
ditum ſiue relatum fit: inter eos excõi
cet. l. iulia. de vi priuata tenentur.

¶ Senatuſconſultum fauianũ in deſue-
tudinẽ abijt: introducens adoptionẽ
fieri per tres mares adoptãtes: ⁊ tres
intercedentes emancipationes.

¶ Senatuſconſultum largitianum meri
to eſt abrogatũ: latinã inducens liber
tatem: qr quis morte ſua recipiebatur
extra libertatem.

¶ Senectus eſt quidã defectus habens
in ſe magnos labores: nã ſenectus eſt
morb⁹: vt in. c. magne. de voto. vñ Te
rẽtius. ipſa ſenectus morb⁹ eſt. ⁊ ideo
ſtatutũ diſponens in caſu iſirmitatis
habet locũ in caſu ſenectutis. ſm Ab
ba. in. d. c. magne. in. ij. col.

¶ Senex multipliciter dicitur. not. ff. de
adopt. l. ſi pater. §. ij. de teſte. l. inuiti. ⁊
vide. C. de his ꝗ nõ iple. ſtipen. l. ij. Ali
qñ dr̃ ſenex maior. lxx. annis. C. ꝗ eta.
l. vnica. Jteȝ adde quis dicatur ſenex:
per Feli. in. c. quoniam. in princi. in. vj.
col. verſi. ad tertiam. vt lit. nõ conteſt.

¶ Senes ⁊ valetudinarij qui dicantur:
vide Panor. i. c. qñ freqũẽter. in. viij.
col. verſi. tertio principaliter quero. ⁊
verſi. ſeq. vt lit. non conteſt.

¶ Senium eſt quadruplex: ſcilȝ nature:
gratie: culpe: ⁊ eterne glorie. Nature
⁊ hoc ptendit ad defectum cap. tãta.
lxxxvj. diſt. ⁊ ca. illud. xiij. q. ij. Seniuȝ
gratie. c. porro. lxxxiiij. diſtin. vbi dicit
ꝙ canicies ſenum: prudẽtia eſt: ⁊ hoc
ſeniũ pducit ad perfectũ. c. de ꝗb⁹. xx.

Ayuntamiento de Madrid

librũ feudoꝝ. Joãnes de ana. tã
dem archidiacon9 boñ. floruit
bononie longo tp̃e cõmentauit
decretales. Obijt anno do. M.
ccccl v. vel circa Thomas docti9
Seneñ. doct. verus ⁊ clarus iu-
ris interpres obijt anno do. M.
cccclx. Jo. petrucij d̃ p̃uſio. ⁊ An
gel. de peri gl. de peruſio p̃cepto
res mei: p̃m9 d̃ mane: ali9 d̃ ſero
florebãt ãno do. M. cccclxi. quo
anno icepi ſtudere i iure ciuili.
obijt. d. ang. an. M. cccclxv. dñs
ſ̃o Joã. obijt anno. M. cccclxij.
quoꝝ aĩe req̃eſcãt i pace: fuerũt
illuſtres doc. vt notũ eſt. Multi
alij fuerũt viri ſolẽnes in iure ci
uili: vt Andreas de yſernia. cõ-
mẽtator feudoꝝ ⁊ ↄſtõnũ regni.
Albe. galeotij p̃meñ. q̃ fecit opu
ſculũ qd̃ d̃r margarita. And. d̃ pi
ſis q̃ ſcripſit ſup. ff. Argẽtin9 dñi
reinerij de forli. Bñdict9 d̃ plõ
bino: q̃ ↄmẽtauit aliq̃s titulos i
ſ. parte. ff. noui icipiẽdo a titulo.
d̃ manumiſ. ff. fecit ẽt ſolẽnes re-
pe. ⁊ diſp. Bartoluci9 d̃ p̃ſbr̃is
de bonoñ. Barth. de capua. co
mites de p̃uſio. Frã. de rãpo. de
bonoñ. Fed. de ſcalis de bonoñ.
Flo. de ſctõ pe. de bonoñ. Gãd. i.
Albert9 d̃ gãdino. d̃ cremona.

Nic. abbas. panormita. — petr9 de mathe. — Jaco. alua. — Jo. de ana-nia. — Tho. docti9 — Jo. petrucij. — Ang. de pe-ruſio. — And. d̃ yſer. — Albe. galeo. — And. de pi-ſis. — Argẽ. — Bñ-dic. de plõbi-no. — Bar. dioñ. — Frã. d̃ rãpo. — Fed. d̃ ſcalis. — Florẽ. — Gan-di.

Guid. d̃ ſuzaria. Ugolin9 de fon
tana p̃menſis. Homo bon9 cre-
monẽſis. Onofri9 Bartolomi
de p̃uſio. Jac. d̃ archizono d̃ ve-
rona ↄmẽtator feu. Jac. de yſo-
lanis olim cardinalis. Lanfrã.
de luca. Marin9 de caramanino
d̃ regno gloſſator ↄſtõnũ regni.
Marſili9 d̃ mãtigelis d̃ bonõia
illuſtris doc. cui9 multe diſputa
tiões inueniũt. Mat. de mat-
the. d̃ bonõia: cui9 reperiũt no
tabilia dicta q̃dã ⁊ clara opuſcu
la. Nicola9 cremoñ. Nicolaus
furioſi q̃ gloſſauit librũ feudo-
rum. Nicola9 de neap. maxim9
textualis. Nellus de ſctõ gemi.
q̃ edidit illuſtre opus bãnitoꝝ.
Hoſpert9 de cremona q̃ fuit p̃ri
mus doctor q̃ icepit legere per u
ſũ. Petr9 de cer. q̃ ſcripſit ſup li
bris feudoꝝ. Pet. de boacterijs
de bonoñ. Pet. boem9. Tãcr. de
corneto: cuius reperit opuſculũ
qd̃ d̃r cõpẽdioſa. Uber. de bona
curſe. Uber. de bobio: ⁊ alij plu-
res. Jtẽ in iure cano. p̃notatus
Abbas antiquus. Berñ. gloſſa
tor p̃mẽſis. Bonaguid. aretin9
Bertrã. hiſpan9 q̃ ſcripſit ſup
cle. Baſian9 Berengari9 olim
cardinalis: q̃ inter cetera fecit
pulchrũ repertoriũ ſup ſpeculo
Egidi9 bono. Frãc. vercellẽſis.
Goff. beneuẽtanus cuius rep̃it
vtilis ſũma. Gratian9 Aretin9.
Guil. de mõte laud. vltramõta-
nus. Gui. naſo. Gãdul. Guil. de
bonis ↄſilijs de bononia. Hen-
ric9 boic. Joã. gloſſator decreti.
Jo. de deo hiſpan9. Laurẽ. anti-
quus doc. Lauren. de pinu: qui
ſcripſit ſup clemẽtinis. Laurẽ.
de rodulfis: d̃ florẽtia: cui9 rep̃it
egregiũ cõuentũ ſup vſuris iter
cetera. Matthe9 roman9 q̃ ſcri-
pſit ſup cle. Nepos de mõte al-
bano. Pau. de leaz. Pet. de ſaxo
nia. Petr9 mãducator. Proſdo
ctinus de padua. Simõ de bar-
ſiano. Cardinalis mediola. qui

guido de ſu-zaria. — Ugo d̃ fon. — bõbo nus. — Ono-frius. — Jac. d̃ yſola. — Lan-frã. de luca. — Mari nus d̃ cara. — Mar. de mã tig. — Mat. de ma the. — Cre-mo. — Nic. furio-ſi. — Nic. de ne-apo. — Nell9 d̃ ſan-ctoge. — Hoſ-ptus. — petr9 de ſer. — Tãcr. — Uber. — Abb. — Ber.



Ayuntamiento de Madrid

ſcripſit ſup clem̄.Stepha.ꝓuin
cialis:q̇ ſilr ſcripſit ſup cle.Ste
phanꝰtroches ⁊ Pet.de ſtagno
q̇ ſilr ſcripſerūt ſup cle.legētes
apð mōtē peſſulanū.Tācr.gloſ-
ſator.Lucas ð pēna doctor gal-
licꝰ.Tho.de piꝑata.Raymūdꝰ
de pēnatorti. Uincētiꝰ antiquꝰ
doct.Uguſio ꝟcellēſis.Zēzelinꝰ
vltramō.Joā.de blamaſco bur-
gūdus.Joānes fructinꝰ Jo.de
ſctō geor.ð bono.Joānes ðmo
rio de florētia.Joānes de ſantu
Jaſon ð mayno. ſūs de bononia.Jaſon ð mayno
doctor celeberrimꝰ:⁊ ꝑfecto ad
mirabilis c.ſuꝰ in ꝓmis docēdi
modꝰ:eruditio noua oīno atqꝫ
incredibilis:politior:inaudita ⁊
lacteo fonte exuberās facūdia.
ſcripſit ſup.ff.⁊.C.Edidit inſup
ꝯceſſa ſolēnia.Itē fecit additio-
nes ad Chriſtofoꝝ porcū i inſti.
Phil. decꝰ. Phili.decꝰ doc.memorie ſingu
laris ſcripſit egregie i iure cañ.
Jodocus flamigꝰ. Jodocꝰ Lauuerinis:vtriuſqꝫ cē
ſure doc.valde ſubtilis alme vni
uerſi. Tholo.edidit multas diſ-
putatiōes:⁊ nōnullas fecit repe
titiones ſup.l.ſtipulationes nō
diuidunt.ff.de ꝟb.ob.⁊ ſup.l.rē
maiorē ꝓtij.de reſ.vē.C.⁊ alij in-
finiti:quoꝝ tpa:patrias:celebri-
tatem ⁊ opa tuipſe ꝑſequaris.
¶ Duoꝝ ſolidiſſima igenia i q̇ꝝ
dictis rarius inuenit error tibi
ꝓpono:vt illos eligas tāqꝫ ꝓn-
cipatū tenētes iter ꝯmētatores
iuris.ſ.Jo.an.i iur.ca.⁊ Bar.i iu
re ciuili.Illi ſūt tibi colēdi vltra
ceteros. Jo.an.i iure cañ.ceterꝭ
ꝓferēdū eſſe ordine ⁊ emolumē-
to exclamat Card.flo.in ꝓemio
cle.dicit em̄ ꝙ ſapientiā canoni
cam adeo locupletauit ſuis cō-
mētis:vt a cētū annis ſimul oēs
cōmētatores reliq̇ nō tm̄ ꝯmēta
uerint:⁊ merito daꝶ ei ꝓncipatꝰ
vt eiꝰ cōmēta textui ſint appoſi-
ta ſexti ⁊ clemētinaꝝ.Recolo ēt
ꝙ ipſe idē Jo.an.i addi.ſpe.in ti.
de fil.ꝑſby.dicit ſibi puero fuiſſe
reuelatū a quodā religioſo viro
ipm illuminatuꝝ ius cañ.Bar- Bar.
tolū ēt i iure ciuili fuiſſe ꝓncipē
q̇s negabit? Huiꝰ dictꝭ ſēꝑ fere
ineſſe cāꝫ ꝟitatꝭ rei ſpa ptꝫ:vt pō-
tanꝰ exclamat ꝯſ.ccccxvij.Pro-
pterea i hiſpania ⁊ luſitania de-
creto regio ⁊ cōi illaꝝ ꝑtiū ē ſan
citū ꝯſtōne publica (vt alſ audi
ui a q̇buſdā auditoribꝰ meis il-
larū ꝑtiū) ꝙ i caſibꝰ i q̇bꝰ repiꝶ
ꝯdictio doctoꝝ:opinio Barto
li ꝓualeat tāqꝫ ꝓncipalior ⁊ ſm
illā iudiceꝶ.Si hiſpani tm̄ defe-
runt Bartolo:nos italici q̇d fa
ciemꝰ? Intrepidi ſua ſcripta cu
remꝰ hr̄e:ſcire:imitari:qr Bar-
toliſta optimꝰ iuriſta cēſendꝰ ē.
¶ Sextum documentū principale.
Ongruit vtilitati
ſcholaris:vt docto Audire docto.
rem ⁊ ꝓceptorē ſine
itermiſſiōe audiat.
Uſi.laurē. antiquꝰ
doct.in.d.cle.ſ.de magi.et Guil.
de mōte laudu.⁊ dñs Card.flor.
et dñs Boſ.porretanꝰ exclamāt
cōtra ſcholares capitoſos non
intrātes ſcholas:qui quadā ca-
pitoſitate credūt plus addiſce-
re qꝫ ſi a doctoribus doceanꝶ:qð
dicūt in vanū:cū ſenſus auditꝰ
aptior ſit ad ꝑcipiēdū ⁊ memo-
rie tradendū qð ꝟbali voce tra-
ditꝶ qꝫ in ſcriptis:vel ſit neqꝫ vi-
ſus vel aliꝰ ſenſus.xliij.diſ.ſit re-
ctor.Zēzelinꝰ etiā dicit ibidē ꝙ
requiriꝶ inſtructio a voce magi-
ſtra. Prio eſt tp̄s tacēdi:poſtea
loquēdi.Eccli.iij.⁊ ꝟitas prius
addiſciꝶ a magiſtrꝭ:poſtea doce
tur.xxxvj.diſt.§.ecce.ꝟſi.hinc ēt
Salomō.vñ Hie.ad ruſticū mo
nachum dicit. Nō ingrediaris Morā trahere i ſtudio.
abſqꝫ doctore viā quā nūqꝫ in-
greſſus es.xvj.q.j.c.ſi clericatꝰ.
¶ Nec ſufficit ſcholarē morā tra-
here i ſtudio:niſi ſtudeat.xvj.q.
j.c.gñalr.⁊ i.c.cū exiſtis.ð in ite.
reſti.notaꝶ.Hinc dicit Hoſt.in
c.ſi.de magiſt.⁊ Joā.de ligna.in

Ayuntamiento de Madrid

Scholares habitu.

ꝓemio cle. ꝙ ſcholares habitu ꝛ nō actu nō ſūt appellādi ſcholares. q̄nimo forti⁹ dt Dñic⁹ de ſctō ge. in ꝓe. ſexti: vō dñs Abb. i c. ſ. i. ſi. de iud. ꝙ tales ſcholares ſolo habitu pñt puniri tāq̄ mēdaces. bene facit glo. xxxvij. q. v. cauere. ꝛ ꝙ doc. notant' in. l. qui ſub pretex. C. de ſac. ſan. ec. vide circa hec que dixi ꝛ que not. l. ſ. ſcriniarios. C. de teſta. mili. dñs Pau. de caſt. ēt exclamat cōtra ſcholares nō intrātes cōtinue. in. l. frater a frē. ff. de cōdi. inde. Uiua eñ vox multū iprimit: qr hʒ neſcio quid latētis energie: vt inq̄t Hie. i ꝓe. bibli. Pli. ēt in quadā epl'a ꝓmū nepotē exhortatur vt audiat vocē magiſtri.

¶ Ab iſtis excipiendi ſunt ſcholares ꝓuecti ꝛ ꝓximi cingi: qr aliq̄ rumināt i ſtudio camerario q̄ didicerūt aut per ſe ſtudent q̄ non leguntur in ſcholis.

Diligēter audiē.

¶ Quiſq; ſibi ꝓficiat put ſibi nouerit eſſe cōſulti⁹. Caueat tñ ne decipiat a pigritia vel alia cā.

¶ Septimum documē. principale.

SCholaris diligens et intrās inſtitut⁹ vt. ſ. ſuet hūc modum: vt cū audit doctorē: nō nūeret regulas: non faciat caſtra in mari: vt dt gl. i. l. ſ. C. de ſtu. lib. vrbis rome. deinde ſm Marti. de fa. in. d. epiſtola: hoc ſeruet: vt caſum ad totā ꝛ ad qualʒ partē litere ꝯcordet: ꝛ nō credat ſe intelligere ſi aliquā pticulā nō itelligat ad plenū: ꝛ videat ſi lex ptinet ad rubricā: deinde ipſi⁹ caſus: ꝛ quare ſic ſtatuta fuerit ꝯſideret rōnē: ꝛ ſoluere ꝯtria: cauſas ſolutionis diligēter attēdēs de q̄ fonte ꝓcedāt.

Cūcta cōſideret.

Curet ſibi ex ſe inuenire ſiṁlia: ex gñalib⁹ non inhereat multitudini: nā vel duas leges de gñalib⁹ q̄ meli⁹ id exprimāt memorie cōmēdādo: ꝛ illas q̄ſi vnicas gēmas teneat ꝛ amplectatur.

Siṁlia q̄rere.

Tps nō pdat in literā cōmēdādo memorie: ſʒ intellectui ꝛ vbi ꝛ q̄re ſub tali rub. ſint poſite cōtēplādo ſtudeat. Demū in corde ſuo cōcipiat ſi aliquē caſuʒ audiuiſſet vl ſenſiſſet cui deciſio illi⁹. l. poſſit applicari: et illum caſuʒ auditū q̄ſi ꝑfigurationem illi⁹ legis habeat.

Non ne oia memorie imponēda.

Ceterum dū vigilat i lecto: ruminet i corde dicēs tot leges ꝛ ſic icipiētes habuim⁹ ex q̄b⁹ i effectu iſtō reportauim⁹. aduertat ēt dū legit legē: an ſup illa poſſit formare aliq̄ā q̄ōnē: ꝑ quā poſſit legem ad icōueniēs reuocare. Tādē q̄rat veritatē ꝛ eq̄tatē ꝛ iuſtitie ſit ſp amator. hec Mar. i epl'a ꝑal.

Oēs formā de.

Sʒ i ꝓmiſſis aliq̄ ſi clari⁹ loquar cuʒ inoleuerit iſte mos dādi in ſcriptis: ꝛ multiplicati ſint iſiniti cōmētatores varie loquētes: q̄d ſ̄cdū? Dicet intra ſe diligēs auditor: ſi recollectis inſtitero: ego cōfundor: ſi nō inſtādū in illis: vt q̄d pdim⁹ illud tps? malo domi ſtudere cū vno cōmētatore ꝑcipuo: puta Bar. vl cū itrauero: nolo ſcribere rñdeo. Sup oia ꝯſulti⁹ eſt intrare ꝓpter impreſſionē vocis magri: vt. ſ. dixi in ſexto ꝯſi. Itē ſi ſtas in ſcholis ꝯſulti⁹ eſt ſcribere relectos. §. §. null⁹ eñ liber eſt tā mal⁹ q̄n aliq̄d boni habeat: vt dt Plini. li. iij. eplarū. epla. v. Ipſa etiā ſcriptura facit te olfacere oē minimū vbū. Preterea multo magis (vt vulgo dr) viua vox afficit. nā lʒ acriora ſint q̄ legis: alti⁹ tñ in aīo ſedēt q̄ ꝓnūtiatio: vult⁹: habit⁹: geſt⁹ ēt dicētē affigit: vt dt Pli. ſcōs i epl'a. iij. ſcdi li.

Quō studēdū sit domi'.

Cū aūt domū redieris: ꝛ volueris ſtudere lectionē: nimis text⁹ legas et lectites vt imprimas: magis eñ firmū ꝛ ſtabile eſt q̄d repetita ꝓbauit lectio: vt dt tex. in ꝯſti. cordi. C. de emē. iuſti. codi. Caſuʒ figurabis litere ꝛ itellectui doctorum congruētē: deinde iterum



Ayuntamiento de Madrid

reſumaſ tex. ⁊ notando ſingula verba: ⁊ partes poſtq̄ adaptaueris ad rub. et q̄ſieris rōnē dubitandi ⁊ decidendi colliges textualia et notabilia q̄ doctores inde eliciūt: ⁊ coneris ēt tu ſcire euellere aliquid ex illa litera. Et hoc potiſſimum ⁊ primariū in nouitio. Et cū hoc feceris: ſurgas cum intellectu: ⁊ calcules tecū: dicēs: ex iſta. l. in effectu habeo hoc no. dignū: ⁊ illud cōmēda memorie nō de ḃbo ad ḃbū ſed ſufficit in effectu ⁊ hoc ſufficeret nouitio: nec vltra ne ſi pergat ſentiat ſtomachū oneratū: q: fragilis hoim memoria ſepe dū aliud nouū q̄rit: aliud iam q̄ſitū amittit: vt dicere ſolebat ſeneca. Qđ ſi intellect⁹ tu⁹ et memoria ſit capax vlterioris inq̄ſitionis: capias gl. illas ⁊ explica opponēdo vel q̄rēdo ſm modū quē dat Bar. i. l. petēs. C. đ pac. ⁊ ibi dixi. ⁊ tādem calcula gloſ. ſi aliquid habeat no. dignū ⁊ illđ aſſigna memorie: ⁊ ſemꝑ hēas añ oculos mōitiōes Senece q̄s vidiſti. ſ. in. v. cōſilio tibi dato.

Gloſ. q̄uo ſtudē de.

¶ Circa recollectarū tuarū vſum do tibi hoc ꝯſiliū vt recollect꜡ q̄ nō ḃſanſ circa legē tuā ⁊ intellectū ⁊ notabilia ⁊ neceſſariā declarationē legis ⁊ gloſſe: ꝫ extra vagāſ cū floꝛib⁹ varijs ſingulariū dictoꝝ aliq̄ñ recollectoꝝ: et ꝓcipalr extra rē: nō inhereas dū es ſcholar꜡: q̄uis mō iſta ſint varia: q̄ ꝫ delectēt: inquināt. Et doctores q̄ iſta tradūt ꝯſulti⁹ facerēt ſi omitterēt: vñ belliſſime exclamat Salice. in repetitionibus. l. qđ te. ff. ſi cert. pet. et. l. qđ nerua. ff. depoſ. ꝯ̄ illos qui negligūt regulas ſcire: ⁊ iplēt caput ſuū caſib⁹ ſinglarib⁹ ⁊ ꝑegrinis q̄ doctrina eſt fallax ⁊ ꝑiculoſa.

Recollectarū vſus.

¶ Q̄ñ vero doctor tuus ordinaret tibi recollectas claras ꝑ intellectu legis in ꝑmis illud videat oino nouiti⁹ et ſuꝑ textuali itellectu vigiliā ꝑmatoīa pertētet: reliquū qđ doctor ſubdit additiue: vl cumulādo q̄ones ⁊ dicta reſeruet in aliud tps poſtq̄ erit ſolidatus in regulis ⁊ terminis iuris: ⁊ hoc mō recollecte ꝓſunt ⁊ non obſunt ſi clare tradunſ et non impertinenter: q̄ñ vero impertinenter ab[...]nt omnino a te tanq̄ venenum.

Regulas ſcire expedit.

¶ Qđ ſi diceres: nōne melius eſſet ſtudere cū Bar. tm̄? Cōfiteor ꝙ Bar. oī tēpore oī ꝑſone vtilis ⁊ neceſſari⁹ eſt: ſed aliq̄ñ breuis: aliq̄ñ obſcur⁹: aliq̄ñ nō legit legē: aliq̄ñ nō habeſ. Itaq̄ ipleas ſtomachū tuū bonis cibis ⁊ nutritiuis. i. bonis legib⁹ ⁊ regulis ⁊ bonis doctrinis cōibus ſm capacitatem ingenij tui.

¶ Q̄ando ꝙ tu q̄ es iam ſolidatus in regulis iur. ⁊ reali cognitiōe terminorum: ⁊ audiſti partes q̄ ordinare legūſ: videas totū corpus iuris cū Barto. ⁊ toties facias: vt Bartoli doctrinas ꝑ viribus aſſeq̄ coneris: ⁊ tenere illū in ſtudijs emulaberis: ꝫ illi⁹ ingenij adipiſci arduitatē etiā ſperare nimiū eſt: qđ dari niſi a deo non pōt: ſicut in ſiḃ de Cic. Dicit Plini⁹ li. iiij. epſarū epſa viij. ei⁹ tñ Bar. veſtigia ſemper adorabis: vt de Uergil. đt Statius in fine lib. Thebaidos ibi. Nec tu diuinā eneida tēta: ſꝫ lōge ſeq̄re: ⁊ veſtigia ſemꝑ adora.

¶ Dixi ꝙ emuleris Bar. nam ſtultiſſimū eſt ad imitandū nō optima queq̄ ꝑponere: vt inq̄t Pli. li. ſ. epiſtolarum epiſtola. v. ⁊ lib. vij. epiſtola. ix.

¶ Cum Bartoluꝫ beneuideris: legat alios dignos autor. ex his quos. ſ. memoraui: ⁊ ſemꝑ notes ⁊ excerpas q̄ digna inueneris vt facere ꝯſueuerūt oēs illuſtres viri: ⁊ tue memorie debilitatē artificio ſtili ⁊ ꝑpillaꝝ inuabis. Ad id te inuitat epſa Plinij. v. in li. iij. q̄ icipit ꝑgratū Io.

Excerpere.

Ayuntamiento de Madrid

dico ꝙ videas alios: qꝛ q̄to plu res reſpicies: tāto magis profi cies: qꝛ nō eſt vn⁹ q̄uis preſtet imitād⁹ pcipu⁹ ⁊ sol⁹: qꝛ nunq̄ par ſit imitatoꝛ autoꝛi. hec rei natura eſt: ſemper eniȝ veritate ſil̄itudo minoꝛ eſt: vt dicit Sene. in prologo declamationum ſuarum. Preterea ſicut terre va riis mutatiſqȝ ſeminib⁹: ita in genia nr̄a nunc hac nūc illa me ditatiōe recoluntur: vt inquit Pli nius li. vij. epiſtolarum epiſtola ix. que incipit queris.

Regu le iur. ¶ Laudarē ꝙ noniti⁹ memorie cō mēdaret titulū de vb. ſig. ⁊ ti. de reg. iu. ff. ⁊ regulas iuris de qb⁹ i ſexto ſingulis dieb⁹ aliq̄s nā et animum recreāt ipar varietate ⁊ plurimū ꝯferūt. Sūt em̄ pnci pales claues iuris: qb⁹ eſt inhe rēdū tā q̄ Bononie. carocio: vt dicit glo. in. l. oīs diffinitio. ff. de reg. iur. q̄nimo illas ignoꝛare la ta culpa eſt. Deide puect⁹ cum ruſticaꝛ aut pegrinaꝛ: pōt ſecuȝ Dyn⁹ de re gulis iuris. ꝯferre Dynū de re. iur. quo non puto eē vtili⁹ opuſculū ⁊ magis variū conſulat ſibi ipſi. illum vi deat autoꝛē ad cuius cognitio nem ingeniū ardenti⁹ excitaꝛ: ⁊ p cuius emulationē credat me lius legitimoꝛ aſſeq̄ theſauros.

Uaca tionū tp̄e. ¶ Tēpoꝛe vacationuȝ repetat que audierit: viderit: legerit: ⁊ com mēdet memoꝛie ea que fuerint notatu digna.

¶ Felix ille cui⁹ mēoꝛia fuerit bone fidei: que i promptu reddit ſibi credita: vt inq̄t Seneca i plogo declamationū ſuarū. Qd̄ ſi me moꝛia tua fuerit i fidelis cuſtos: cōmittas excepta ſtilo ⁊ pugilla ribus: vt predixi: ⁊ q̄cq̄d dixeris audieris: egeris i die veſperi cō memoꝛabis: vt inq̄t Cice. in lib. de ſenectu. ⁊ ad hoc ſtudium in receſſu habēdū videat epiſtolā Plinij nonā. lib. vij. que incipit queris. que eſt elegans ad hoc.

¶ Octauū documentū principale.

Conſulo noniti⁹ do nec nonus Juſti. ap pellaꝛ. i. durāte pmo anno: vt nūq̄ curet non⁹ ad oſtentationem ar Juſti nian⁹ guere: curet ſcire poti⁹ q̄ appe re: diſcat nō videri doct⁹: ſȝ eē q̄ rat: iuxta ꝯſiliū moꝛalis viri Ar berti cauſidici brixiēſis. ps eniȝ ſcie eſt ſcire qd̄ neſcias. De oīb⁹ ſibi ignotis diligēter iterroget: q̄r poſſit eē capax. Nā ſi ſi pur gauerit aliq̄d erroneū qd̄ ipȝ fa ciebat muſſare: illd̄ inde ꝯtinuo trāſiret in habitū: ⁊ faceret apo ſtema. i. eēt cā mltoꝝ erroꝛū: vn̄ Martialis. Diſcēdi mod⁹ ē dū te neſcire videbis: Diſce ſed aſſi due: diſce ſȝ vt ſapias. ſūpta par pdeſt q̄ moꝛ emittiꝛ eſca. Bos Edi ctalis. qb⁹ eſt paſt⁹: ruminat hec eadē. Quinimo foꝛtaſſe melius face ret ſi ſcd̄o āno q̄ edictal̄ vocaꝛ: ab argumētatione oſtādi cā ab ſtineat. Ille ſolent eſſe fructuoſe ꝯtētiones q̄ ſecreto fiūt inter col legiatos in collegiis oꝛdinis fra rū: vt in domo ſapie ſenēſis ⁊ ſili bus: q̄ ſecreto gn̄e diſputādi ni hil ſincerius aut ſimplicius aut meli⁹. Refert Aul⁹ Gelli⁹ li. j. c. ix. ꝙ cū q̄s exploꝛatus a Pytha goꝛa: idone⁹ iuēt⁹ fuerat recipi in diſciplinā ſtati iubebat certū tp̄s tacere: ſi oēs idē: ſȝ aliū alid̄ tp̄s p eſtimato captu ſolertie: ſȝ non min⁹ quiſqȝ tacuit q̄ bien niū. Reperietiaȝ ꝙ Hippocra. cū diſcipulos ſuſcipiebat: ante q̄ doceret iuramentū ab eis ex toꝛq̄bat inter cetera: vt ſilentiū: ſermonē: inceſſum: manſuetudi nem habituū moꝛūqȝ ſeruarēt.

Papi niani ſta. ¶ Tertio āno quo papinianiſta vo cabiꝛ: audacter incipiat diſpu tatiōis gen⁹ ad vtilitatē freq̄ē ter: nō ad pōpā. Diſputationis Q̄n diſ putā dum. enim multiplex et mira eſt vtili tas: vt luculētiſſime oſtēdit elo q̄tiſſim⁹ vir Leonardus Are tin⁹ in opuſculo quod edidit de

vtilitate diſputationis.

**Hircos.** ¶ Quarto anno q̃ greco vocabulo ab antiq̃tate vocabaꝛ hircos. in ꝓemio. ff. §. ſ; q2 ſolitũ. qđ gl. ibi exponit q̃ſi ſubtiliter vidẽs: qđ opinoꝛ dictũ: q2 hirc9 eſt oculorũ angul9: ſcđm Seruiũ grãmaticũ. hinc apud ꝟgiliũ. Trãſuerſa tuentibus hircis. i. oculis in hircos: hoc eſt in ãgulos retoꝛtis. Vñ ſcholarꝫ q̃ ſtuduit trib9 annis: ⁊ ichoauit ſtudere q̃rto: foꝛtaſſe ideo hircus đr: q2 ſit cõueniẽs vt oculos habeat fixos ⁊ ſpeculationi diu intẽtos: ⁊ eundẽ in locũ directos: hoc eñi facere ſolẽt cogitabũdi: vt. ſ. in domo recolẽde memoꝛe dñi Angelido. pig. gloſ. de peruſio. de quo ſ. vel iõ hircus. q2 ſanguis hirci frangit adamãtẽ lapidem: duriſſimũ: ſic ſcholaris q̃ iam tres annos ſtuduit: oẽm durã ⁊ perdifficilẽ materiam iam tractare poteſt. Eſt eñi tẽp̃s ſpeculandi ⁊ penſitandi. Sit igiꝛ in cõtinuatione ⁊ colluctatiõe legali vt cũ op9 fuerit in coꝛona deniq̃ hominũ acri magnoq̃ iudicio ab oꝛigine cauſiſq̃ pꝛimis repetat: diſcernat: expendat: ponderet: colligat: concludat: ⁊ oẽm heſitationẽ dubitationẽq̃ redũdantem reſoluat: ⁊ in audientiũ animis aculeũ relinquat. quo fiet vt in diſputando ꝑ vſum qui eſt magiſter egregius fiat incõpꝛehenſibilis ⁊ lubꝛicus: ⁊ ianuã fame patefaciat per illas actiões. Radices diſcipline ſunt amare: fruct9 dulces ſcđm philoſophũ. Patiẽter igiꝛ ferat oẽm laboꝛẽ: q2 laboꝛ impꝛobus oĩa vincit.

**Colorite.** ¶ Quinto anno coloꝛite vocãꝛ: vt in dicto ꝓemio. ff. ox. de his nominib9 hꝛ. Iã eñi ſciũt coloꝛare verba cognitis legitimis arcanis eis reſeratis: ſciũt vti legum inductionibus ꝯgruẽter: qđ eſt potiſſimũ: vt. l. nõ ſolũ. §. q̃ pilũ. ff. de excuſa. tuto. ibi. recte adaptans omnibus ſimilibus. ⁊ iſte inducẽdi modus imitatiõe marum potiſſime habetur: ⁊ diſputationis vſu coaleſcit.

**Diſputationis vtilitas.** ¶ Audi leonardũ in ꝓalleg. opuſculo de vtilitate diſputationis: dũ dicit. Nam q̃d eſt: ꝑ deos immoꝛtales: qđ ad res ſubtiles cognoſcẽdas atq̃ diſcutiẽdas pl9 valere poſſit q̃ diſputatio? vbi rẽ in medio poſitam velut oculi plures vndiq̃ ſpeculẽtur: vt in ea nihil ſit qđ ſubterfugere: nihil qđ latere: nihil q̃ valeat oĩm fruſtrari ĩtuitũ. Quid eſt qđ animũ feſſum atq̃ labefactatum ex nimia lõgitudine otij: ⁊ aſſiduitate lectionis plerũq̃ faſtidiẽtẽ magis reparet atq̃ redintegret q̃ ſermões in coꝛona cetuq̃ agitati? Vel gloꝛia ſi alios ſuperaueris: vel pudoꝛe ſi ſuperat9 fueris: ad legẽdũ atq̃ ꝑdiſcẽdum vehemẽter incẽderis. Quid eſt qđ ingeniũ magis acuat: qđ illđ callidius verſutiuſq̃ reddat q̃ diſputatio? cum ibi neceſſe ſit vt momẽto tẽpoꝛis ad rem ſe applicet: viq̃ ꝟboꝛũ ſe reflectat: colligat: concludat: vt faciliter intelligi poſſit hac exercitatiõe exercitatũ: ad cetera diſcernẽda fieri velocioꝛem. paulo infra ſubdit. Itaq̃ ego q̃ veſtre vtilitatis ſum auidus: quiq̃ vos q̃ maxime floꝛẽtes in ſtudijs veſtris videre cupiam: non iniuria vobis iraſcoꝛ: ſiquidẽ hũc diſputandi vſum ex quo tot emanãt vtilitates negligitis. Et eñi abſurdum eſt: intra parietes atq̃ in ſolitudine ſecũ loq̃: multaq̃ agitaret ſi in oculis hoĩm atq̃ in cetu velut nihil ſapias obmuteſcis. Et que vnam aliquã vtilitatẽ in ſe habeãt ea magno laboꝛe pꝛoſequi: diſputationem vero ex qua ꝑmulte vtilitates ꝓficiſcuntur ſumma cũ iocunditate: nolle attingere. Nam velut is agricola impꝛobandus eſt qui cum licere

Ayuntamiento de Madrid

ei fundū vniuerſum excolere ſal
tus quoſdā ſteriles arat: partē
vero quāpiā eius fundi pinguiſ
ſimā atqꝫ vberrimā relinqt in-
cultā: ſic reprehendēdus eſt is
q cū oīa ſtudiorū munera adim
plere poſſit: cetera ꝗuis leuiora
accuratiſſime obit: diſputandi
ꝟo exercitationē aſpernat̄ ⁊ ne-
gligit: ex qua tot fructꝰ colligun
tur vberrimi: vt per cū vbi latiꝰ.
Et hoc eſt qđ dicere voluit iuriſ
cō. in. l. munerum. §. mixta. ff. de
mu. ⁊ ho. ibi Herēnius modeſti
nus ex notādo ⁊ diſputādo bñ
⁊ optima ratione decreuit.

Nonū documētum principale.

Diſpu tare de quoli- bet.

Tibi ꝯſulo vt ſi diſpu
taturꝰ i corona fue-
ris nunqꝫ temerarie
illud onꝰ ſuſcipias
rñdendi de ſingulis
de quibus fueris interrogatꝰ.
Licet eñ Valeriꝰ lib. viij. c. an-
tepe. cōmēdet Gorgiā leontinū
ſtudijs literarū etatis ſue cun-
ctos preſtantē: eo ꝙ primꝰ in cō
uentu auſus ſit poſcere qua de
requiſqꝫ audire vellet: et ideo ei
(vt idē dicit) vniuerſa grecia in
tēplo delphici Apollinis ſolido
ex auro ſtatuā poſuit: cū cete-
rorū ad id tꝑs auratas collocaſ-
ſet: beatꝰ tamen Hieronymꝰ in
opuſculo ꝯtra Joannē eꝑm hie
roſolymitanū: Origenis ſcꝫ aſ-
ſertorē ſic inqt. Gorgiā leōtinū
cūcti philoſophi ⁊ oratores lace
rāt: ꝙ auſus ſit publice ſella po-
ſita polliceri reſpōſurꝰ ſe de qua
quiſqꝫ re interrogare voluiſſet.
Sed de nouiſſimis agamꝰ. Tꝑe
quo illuſtris do. Bald. de peru
ſio legebat Papie: qdā dominꝰ
Philippꝰ de regio q fuerat do-
ctor oim fere illorum doctorum
Pariſiēſiū: ⁊ apud eos erat ma-
xime autoritatis cū multis an-
nis poſtea legiſſet Padue re-
dicēs Papiā: in ꝑncipio ſui ad-
uētꝰ publice pollicitꝰ eſt ſe velle

Gor- gias leonti nus.

Bal- dus re prehē dit qn dā le- guleū.

rñdere de quolibet in materia
vltimarū volūtatū. Dñs Bal.
ibi ꝑſens interrogauit eū dicēs.
Vbi habemꝰ nos ꝙ ſubſtitutio
vulgaris facta in legato nō cō-
prehēdat niſi caſum ſi voluerit:
facta i hereditate ꝯprehēdit ca-
ſum ſi noluerit vel non potuerit
vt. l. cū ꝓponas. C. de here. inſti.
Breuiter ille dñs Philippus
obmutuit: ⁊ Bal. tunc aperuit
librū: ⁊ legit tex. legis: pater ſeue
rinā. ff. de cōdi. ⁊ demō. vbi erat
caſus ſm vnā lec. vñ illi cathe-
drāti reſultauit magna ꝯfuſio.
Hoc refert dñs Pau. de caſt. in
d. l. pr̄ ſeuerinā: dicens. Caueat
a talibꝰ actibꝰ ꝑſumptuoſis: qꝛ
ſolus Deus nouit oīa.

Decimū documentū ꝑncipale.

Text. alleꝫā di.

Conſulo ſcholari qđ
in diſputando ſolis
textuū allegationibꝰ
inhereat: nō vt qui-
dā inexperti faciūt:
aut qui arguendo glo. allegant
⁊ doctores abſqꝫ iurium allega
tiōe: illo eñ nihil apud doctos
ineptius. cōtra iſtos exclamat
gl. in l. ſꝫ licet. ff. de offi. preſidis.
ſi volueris apte arguere in for-
ma legiſtis ꝯgruēte vtaris argu
mentandi modis quos edidit
ſubtilis doc. Jac. de but. vel illis
quos edidit Albericꝰ de roſate
vel illis quos Bal. inſeruit in. l.
cōuenticulā. C. de epiſc. ⁊ cle. Si
ꝟo fueris rñſalis: tunc vt facile
declines oīa argumēta tibi facta
videas Odofredum in ꝓemio
ffor. in princ. ⁊ ibi Bal. q mira
quadā dexteritate inſtruit oēm
argumentādi vim altero de tri-
bus modis poſſe repelli ⁊ decli-
nari: ſcꝫ per aliter et aliter: per
aliud ⁊ aliud: ⁊ per ſecundū qd
non ſimpliciter. quod qualiter
intelligatur: et practice adaptā-
dum ſit belliſſime explicat ibi
Bald. quem omnino videas.
Hec ſi ſeruauerꝭ optimꝰ quoqꝫ

Argu mētan di mo dus.

Solu tionis argu- mēto- rū cau tela.



Ayuntamiento de Madrid

indicioꝝ tam athleta quam guber-
nator euades in omni euo loco et fe
lix: vt dicit tex. in d. ꝓe. ffoꝝ. §. di
ſcipuli: faciliusq̄ ꝯtinget ſi patriaꝫ
ꝓpriā fueris egreſſ9 grā ſtudio-
rū: nā in ꝓpria pr̄ia multa diuer
tūt: vt dicit dn̄s Simō de bulſia
no cardinalis mediolaū. in ꝓe-
mio cle. ⁊ ſi egredi decreueris: eli
gas locū vbi ſint cerebres docto
res: ⁊ vbi ſit numeroſa multitu-
do ſcholariū: ꝓut erat Bono-
nie tp̄e dn̄i Azo. quo tp̄e ibi erāt
decem milia ſcholariū: vt refert
Odof. i aut. habita. C. ne fili9 ꝓ
pr̄e. vbi refert ꝙ ſemel ꝓpt mul-
titudinē magnā orta ꝯtētiōe in
ter ſcholares lombardos ⁊ thu-
ſcos ciuitas illa fuit in magno
periculo: nemo eñ poterat coer
cere illos: ⁊ vt facilius coerceri
poſſent i futurū de ꝯcordia: tūc
renūciarunt ꝑuilegio iudicū: de
quib9 eſt. d. aut. ⁊ in criālib9 ſe
ſubmiſerūt iuriſditioni ptātis.

Stude extra patriam.

Bononie tēpore Azonis erāt .x. milia ſcholariū.

¶ Facio igit̄ finē. Quo ꝑmiſſo: licet
ꝑdicta parua ſint ⁊ talia q̄ auri-
bus ⁊ ingenijs vr̄is cultiſſimis
tanq̄ puerilia (nō dubito) ⁊ di-
minuta videbūtur: aut fortaſſe
nō carētia rubore: ⁊ cū ⁊ ego ipſe
alteri9 ꝯſilio in ꝑdictꝫ ⁊ alijs in-
dubitāter indigeā: ſꝫ tñ ſincere
locut9 ſum quaſi mecū loquēs.
vos diligētia vr̄a oēm ſiniſteri-
tatē ⁊ ineptitudinē emēdabitis
⁊ in meli9 reformabitis: potiſſi
me cū oia predicta abſq̄ diligē-
ti premeditatione ediderim.

¶ Compilatio iuris ciuilis.

VErū q2 ſupra in ter-
tio ꝯſilio dato dictū
fuit qđ diſcipuli de-
bent amare ꝑcepto-
res vt habetur etiam
apud Quin. lib. ij. inſtitutionis
oratorie vbi dicit. Diſcipulos
moneo vt ꝑceptores ſuos non
min9 q̄ ipſa ſtudia amēt: eoſq̄
parentes exiſtiment non quidē
corporū: ſed mentium: plurimū

Diſcipuli amēt preceptores.

hec pietas diſcipulis ꝓderit: nā
ita ⁊ libenter audiēt: ⁊ dictis cre
dēt: ⁊ ſiles fieri ꝯcupiſcēt: ſint le
ti ⁊ alacres in cōuētu alioꝝ emē
dati: nō iraſcātur: laudati gau-
deāt. nā vt illoꝝ officiū eſt doce
re: ſic horum ꝑbere ſe dociles.
Doctrina eñ coaleſcere nequit
niſi ſociata tradentis atq̄ acci-
pientis concordia.

¶ Cum ſim vtilitatis veſtre aui-
dus: ⁊ optem ꝙ ꝑ vos facta ſint
bona fundamenta: ⁊ ab origine
cauſiſq̄ primis itelligatis vt dr̄
in. l. j. ff. de iuſti. ⁊ iu. viſum eſt in
ſignū mei in vos animi: aliqua
ꝑmittere acuentia ingeniū: que
nō repietis alibi tradita: ⁊ pau-
cis ſunt nota: ⁊ q̄ ignorare eſt la-
ta culpa: ſcire aūt plurimū affert
decoris: ne illotis manib9 tēplū
ſacratiſſimū iuſtitie op9. C. ⁊ ff.
ingrediamini: vt in. l. j. ff. de ori.
iur. iuncta. l. ij. §. has itaq̄. C. de
ve. iur. enuclean. Videamus er-
go que ſit cauſa efficiens: mate
rialis: ⁊ finalis libri. C. ⁊ ff. in
hac ſcientia legali.

¶ Quidā (vt Azo) dixere ꝙ cauſa
efficiēs libri. C. eſt iuſtinian9 im
perator. Alij dixerūt ꝙ fuit ipſe
de9: cuius miniſter fuit iuſtinia
nus: ⁊ hoc not. in aut. debere. ⁊
fal. i rub. hoc ꝓbari vr̄ ex eo: q2
lex eſt inuētio ⁊ donū dei. l. ij. ff.
de legib9. Itē leges fuere ꝑ ora
ꝑncipū diuinitus ꝓmulgate. vt
l. ij. C. de ve. iu. enucle. ⁊ l. fi. C. de
pre. lōgi tp̄is. ⁊ hoc tenebat anti
quus doct. Jac. de rauignei loto
ringus. Gloſſator veſter Accur.
breuiter ſe expediuit: dicēs vna
cū Azone ꝙ cā efficiēs fuit impa
tor Juſtinian9: vt not. in rub. ff.
de iureiur. Tertij quidā nituntur
conciliare: dicētes ꝙ cauſa effi
ciens pōt cōſiderari tripliciter
ſcꝫ prima: remota / ⁊ magis re-
mota. Cauſa efficiēs prima pri-
mi voluminis. C. iuſtiniani fue
rūt illi decē illuſtres ꝯpilatores

Cā efficiēs iuris.

Triplex cā efficiēs.

Ayuntamiento de Madrid

q̄ numerant in pͥma ⁊ ſcḋa ꝯſtitutione Codicis: ſcꝫ Joannes: Leonti⁹: Phocas: Baſilides: Thomas: Tribunian⁹: Cōſtātinus: Theophilus: Dioſcor⁹: ⁊ Preſentin⁹. Iſti ꝯmiſſiōe dn̄i iuſtiniani ꝯpilauerūt primū. C. iuſtinianū. ꝯmiſſo eis data pater in prima ꝯſtitutione. C. Cōfirmatio ꝟo dicti. C. ab illis cōpilati patet in ſcḋa ꝯſtitutione illius voluminis.

Decē cōpilatores Codicis.

¶ Cā ꝟo efficiens pxima. C. emendati. i. codicis repetite ꝑlectionis queꝫ hodie habem⁹: fuerūt quinq̄ illuſtres viri ab eodē iuſtiniano electi. ſ. Tribunianus: Dorothe⁹: Mēna: Cōſtātin⁹: ⁊ Joānes: vt ptꝫ i ꝯſtitutiōe q̄ incipit cordi. C. de emē. iuſti. codi.

¶ Cā efficiens remota fuit Juſtinian⁹ impator: cui⁹ autoritate ꝯpilatio facta fuit: ⁊ q̄ poſt cōpilationeꝫ ꝯfirmauit: vt ptꝫ in dicta prima cōſti. ⁊ ſcḋa ⁊ tertia et in. l. ij. ꝯſti. oia em̄. C. ḋ vete. iu. enu. Iſte Juſtinianus imperator fuit. xiiij. in oriente.

Juſtinianus.

¶ Cucurrerunt ab vrbe condita vſq̄ ad tempora ſui imperij: ſm ꝯputationem quam puto veriorem: mille ⁊ quadringenti pene anni: vt exprimit in. l. ſ. §. cunq̄ hec materia. ⁊. l. ij. in pn̄. verſi. erat eñ mirabile. C. de vete. iur. enucle. Ab vrbe ꝟo cōdita vſq̄ ad aduentū Chriſti cucurrerūt anni ſeptingēti quinquaginta: vt patet i chronicis quas veriores puto. Ab aduētu ꝟo Chriſti vſq̄ ad tēpora imperij iuſtiniani ꝑdicti cucurrerūt anni ſexcēti quadraginta ſepteꝫ vl̄ circa. Aſſumpſit impiū ꝑfat⁹ Juſtini. die. ſ. Aprilis: āno dn̄i nr̄i Jeſu Chriſti. cccccccvij. indictione. v. vt probat in aut. vt ꝑponat nomē impatoris. §. ſi qua ꝟo. ⁊ ibi notat iūcta data ḋ q̄ in. ij. et. iij. ꝯſtitutione. C. ⁊. l. ij. ḋ vete. iur. enu. ſi recte inſpiciant. Impauit autem annis. xxxix. fuit iſte Juſtinian⁹ poſit⁹ in catalogo Juriſctōꝶ: vt refert Bar. i. ſ. rub. C. ⁊ in ꝑemio. ff. vete. ſuꝑ pͥma rub. Ceteꝶ inſignis doct. dn̄s Joan. fabri aquitanicus ſup rub. proemij inſtitutio. dicit ſe vidiſſe nomē iuſti. ſcriptū i catalogo ſanctorum calēdis aug. Gennadi⁹ etiā qui ꝓſequutus fuit libellū Hiero. de viris illuſtrib⁹ eccleſiaſticis ponit Juſtin. iter illos. Quod ad ſacras. ll. attinet: notādū q̄ Juſti. iperator in pͥmordio ſui imperij ꝯmiſit ꝑfatis. x. illuſtrib⁹ viris: vt viſis antiq̄s codicib⁹ Gregoriano: Hermogeniano ⁊ Theodoſiano: ⁊ multis ꝯſtitutionibus extrauagantibus a theodoſio imperatore ⁊ ſucceſſoribus factis nouū codicem Juſtinianuꝫ ederēt. et hoc patet in. ſ. conſti. C. ſub rubri. de nouo codi. facien. ⁊ colligit ex conſtitutione. iij. que incipit cordi. ibi: pͥmordio noſtro. Supra dicti. x. illuſtres ꝯpilatores Codi. Juſti. ediderūt illū anno. iij. imperij dn̄i iuſti. tp̄e cōſulatus Decij: āno dn̄i noſtri Jeſu xp̄i. cccccccxlix. indictiōe. vij. Et eo. anno. v. id⁹ Aprilis. i. nona die aprilis dn̄s Juſti. illū codicē cōfirmauit: vt ꝓbat in tit. C. de iuſti. co. confirman. in fi. conſtitutionis ibi poſito: iūctis his que premiſſa ſunt.

Juſtinian⁹ iperiū aſſumpſit.

Iuſtinian⁹ ſctūs.

Decē ꝯpilatores codicis.

q̄no tēpore. C. ꝯpilatus ē.

¶ Poſt hec Juſtinian⁹ imperator ꝟtēs aniiū ad enucleāda infinita ⁊ immēſa prudētie veteris volumina: commiſit ſex illuſtribus viris: vcꝫ Tribuniano: Cōſtantino: Theophilo: Dorotheo: Anatolio ⁊ cratino: vt vna cū alijs. xſ. doctiſſimis viris excellētiſſimis cauſaꝶ patronis apud ꝑtes orientales vcꝫ Stephano: Mēna: Prodocio: Eutalino: Timotheo: Leonide: Leōtio: Platone: Jacobo: Cōſtātino: ⁊ Joāne: legerēt immēſa prudētie

Libri ff. ꝯpilati.

Noīa ꝯpilatoruꝫ. ff.

Ayuntamiento de Madrid

multas ꝯſtitutiões nouas fecit: numero cẽtũ vel circa: q̃s hodie inſertas habemus in li. aut. q̃ facte fuerũt ab eo (vt opinor) anno. xſ. ſui imperij: ãno dñi. cccccclvij. ind. xv. vt colligit̃ ex text. in aut. vt ꝑpo. nomẽ impera. §. ſi q̃ ꝟo iũctis alijs ꝑmiſſis. Hic notandum ꝙ ex eo ꝙ imꝑator (vt paulo ante dicebat̃) dixerat ꝙ appellaret librũ nouellarũ ꝯſti. ſ. quẽ poſtea ederet ꝙ Irnerius dicebat librũ aut. quẽ habem⁹: nõ fuiſſe Juſti. q2 nõ appellatur nouellaruʒ: ſed aut. adducebat Irneri⁹ rões q̃s ponit gl. in. d. cõſtitutiõe cordi. ſuꝑ verbo cõgregationes. ⁊ idẽ dicebat Placẽtin⁹: vt refert Bal. i. l. humanũ. c. de legi. Joãnes vero antiquus gloſſator dicebat ꝯ̃triũ per tex. in. d. cõſtitutiõe cordi. ſ. ꝙ liber autẽticoꝝ fuit Juſtiniani: et cũ hoc trãſire vr̃ gl. ibi: ⁊ in. d. l. humanũ. C. de legi. ⁊ Bal. i. d. l. cor. ⁊ Cynus ⁊ Bal. i. d. l. humanuʒ. Et ita tenendũ ꝓculdubio ꝑtʒ ex ſupraſcriptiõib⁹ cuiuſq3 tituli: ⁊ ex data in multis titulis: ⁊ noiat ipſũ in titulo vt ꝑponat̃ nomẽ imperatoris: ⁊ in ti. vt indices ſine quoq̃ ſuffragio. ⁊ i ti. iuſiurãdũ qđ ꝑſtat̃ ab his. et miror ꝙ de hoc aliq̃s vnq̃ dubitauerit. Ratio tñ dubitãdi potuit oriri ex eo q2 fert̃ reperiri quendã librũ q̃ dr̃ liber nouellarum: quẽ dicũt cõtinere eaſdẽ ꝯſtitutiones quas ꝯtinet lib. aut. lʒ in aliq̃b⁹ ſit variãs. de quo lib. nouellarũ mẽtionẽ facit gl. in aut. hoc ampli⁹. C. de fideicõ. ⁊ doc. in aut. res q̃. C. cõmunia. de leg. vñ egregi⁹ cõmẽtator Alberic⁹ de roſate pergamẽſis quẽ refert dñs Raphael ful. i aut. hoc amplius. C. de fideicõ. dicit ꝙ liber aut. quẽ habem⁹ excerpt⁹ ſit ex libro nouellaꝝ: vt cõpendioſior fieret. Vñ dicit ꝙ liber nouellarũ erat multũ ꝓlixus. dicit dñs raphã. ſe nunq̃ vidiſſe dictũ librũ nouellarũ. dñs Pau. de ca. in dicta aut. hoc amplius. dicit ꝙ liber' nouellarũ fuit extract⁹ de li. aut. per breuiora ꝟba ⁊ magis apta. Itẽ dñs Pau. i. d. aut. res q̃ dicit nõ eſſe ſtãdũ illi textui nouellarũ q̃ñ textui aut. contradicit: q2 de fide illius operis dubitatur. Bal. etiam in. d. aut. hoc amplius. dicit ꝙ preualet tex. aut. eo ꝙ ille liber nouellarũ non legitur in ſcholis. Sed ibi reliquit nos incertos: q̃s liber corrigat alium: vel liber nouel. vel liber aut. Ego ſemꝑ credidi ⁊ ſemper credam (donec conſtet de contrario) ꝙ liber nouel. tanq̃ de cuius fide dubitatur: ⁊ qui per ſtudia vniuerſalia nõ verſatur: ſit reſpuẽdus. ⁊ ꝙ lib. ant. ſit liber conſtitutionũ a Juſtiniano editus: ⁊ ideo illuʒ gloſſauit Accur. ⁊ etiã ſuꝑ illo fecit ſummam Joãnes baſianus cremonẽ. et Azo. ⁊ illum ſtudia receperunt: ⁊ pleriq3 illuſtres commentatores cõmentauerũt. vt Jacobus ď belniſio. Bar. ⁊ Ang. nec obſtat. l. humanũ. C. de lega nã illa. l. fuit imperatoris Ualẽtini: non Juſtiniani: vt patet ex ſupraſcriptiõe: ideo gloſ. ibi ſomniauit. Nec curandum de varietate ſtili: ꝙ non ipſe: ſed illi q̃b⁹ committebat componebãt: qui erãt alij ab ipſis premiſſis compoſitoribus codicis. Adde predictis ꝙ egregi⁹ doct. Odoffr. in aut. caſſa. C. de ſacroſanc. eccle. ſicait. Unũ ſciatis ꝙ autenticum quod fuit compoſitum a Juſtiniano: habet nouem collationes. Poſtea q̃ñ venit Federicus minor: miſit has cõſtitutiones ad ciuitatem iſtã ſcʒ Boñ. Aut. vt docto. legum adaptarent eas ada ſingulis legibus ſub cõgruenti ꝑtatebus tit. Docto. conuenerunt in ad. C ſctõ Petro: ⁊ aptauerũt. Poſtea q̃d fecerunt? dñs Ugol. poſt

Liber aut.

nouel. le ꝯſtõnes.

Albericus.

Ayuntamiento de Madrid

nonam collationē poſuit librū feudoꝝ: ⁊ oēs, cōſtitu. Federici antiqui, ⁊ minoris: et aliquas leges Corradi imperatoris: et vocatur decima collatio: ſꝫ pauci ſunt q̄ habeāt ita ordinatū in libris ſuis. Odofr. hec refert: ⁊ eū ſequit Bal. in preludijs feud. in verſi. porro aduertant ignorantes: ⁊ mordeant ſibi labia reprehenſores veritatis: q2 ego vidi Odo. ita dicentē. Aduertat etiā nouitius ꝙ ante autēticas que ſunt inſerte in. C. ſolet eſſe ſcriptum conſti. no. i. cōſtitutio noua. Patet ergo ex predictis quo tēpore fuerit fact9 li. aut. ⁊ qualiter fuerit factus a Juſtiniano. Item aut. q̄ ſunt in. C. fuerūt inſerte de mādato Federici ſecundi qui regnabat anno dñi. M. ccxv. tēpore Honorij tertij: itē ⁊ tempore Gregorij noni: q̄ Grego. ix. deceſſit an. dñi. M. ccxlſ. de mēſe Julij. ⁊ deinde regnauit ipſe Innocē. iiij. qui fuit aſſumptus anno dñi. M. ccxliij. die. ſ. menſis Julij: vt atteſtat Rofre. in libellis iuris cano. in ti. ne ſede vac. ⁊ Joā. and. eo. ti. in addi. Iſte Inno. iiij. Federicum eccleſiam perſequentem depoſuit: et imperiali dignitate priuauit anno dñi. M. ccxliiij. in ꝯcilio Lugdunenſi: de qua diſpoſitiōe hr̄ in. c. ad aplice. de re iudi. lib. vſ.

*Decima col.* — *Cōſti. noua.* — *Fede. ſcđs.* — *Greg. non9.* — *Inno. q̄rtus.*

¶ Eſt etiam notandū ꝙ cū multa bella fuiſſent inter imperium et quaſdā ciuitates lōbardie tēpore Herici. vſ. ⁊ deinde Federici ſcđi minoris. Iſte Federicus ſecūdus fecit pacē cū dictis lōbardis i ciuitate Cōſtātie: q̄ pacis capitula habent pro lege ⁊ allegantur a doc. in. l. imperiū. ff. de iur. om. iudi. ⁊ alibi Bal. ſup dicta pace in verſi. volumus dicit ipſam pro lege allegari: ⁊ cōſueuit allegari hoc modo: vt in extrauagāti de pace ꝯſtātie. quā gloſſauit ⁊ ꝯmētauit Odo. deinde Bal. et ſolēniter ꝯmentauit repto i archiuo bononiēſi appa rere dictā pacē regiſtratā. ⁊ dā ꝯcluſā an. dñi. M. cclxxiiij. indi. ſ. anñ. dñi. xxij. ſui imperij: regni vo anno. xxxij. vij. cal. iulij. Hec iō feci te ſcribere: q2 Bal. in fi. dicti cōmēti dicit illā pacē fuiſſe factā poſt depoſitionē Federici: ⁊ tñ cōcludit ꝑ lege debere ſeruari: vt ibi vidēdum. Iſta pax deberet eſſe ſituata in fi. lib. feu. poſt alias cōſtōnes eiuſdē Federici ſcđi in illo li. inſertas.

*De pace conſtātie facta.*

¶ Vidiſti qđ li. aut. eſt diuiſus magiſtraliter in. ix. collationes: et poſtea ſuperuenit lib. feud. quē decimā collationē vocam9 vt. ſ. dicebat Odofr. ⁊ Barto. ponit Bar. ſup ru. extrauagātis ad reprimēdū. Deinde facte fuerunt cōſtōnes ad reprimēdū: ⁊ cōſtitutiones: q̄ñ nūp ab imperatore Hērico. vij. an. d. M. cccviij. quas Bar. ſup ru. appellat vndecimā col. ⁊ gloſſauit illas tpe Caroli. iiij. ſeu Ludouici cū fuiſſet donat9 plurib9 inſignib9 ⁊ ꝓuilegijs a ꝑfato Hērico: ⁊ dicta Bar. ſup dictis extrauagātib9 puto maioris autoritatꝫ aliqb9 alijs dictis eiuſdē alibi: q2 magis digeſte edidit tāꝙ gloſſas.

*Cōſti. ad reprimēdum.*

¶ Sed dicet aliqs: qūo tibi cōſtat de tpe approbatiōis. C. ff. oꝝ. inſtitutionū ⁊ cōpilatiōis autenticoꝝ: ⁊ alioꝝ ꝑdictorum: quo anno dominij: quo anno imperij dñi Juſtiniani hec acta ſunt. quo cōſulatu: ⁊ qua indictiōe? Rñdeo ꝙ hec collegi ex numeratione annorū ab vrbe cōdita ad tēpora imperij Juſtiniani. Item ab vrbe cōdita ad aduentū xp̄i. Itē ab aduentu xp̄i ad tēpora Juſtniani. itē ex data q̄ ponitur in ſcđa cōſtōne: ⁊ in tertia cōſtōne voluminis. C. ⁊ in. l. ij. C. de ve. iur. enucle. ⁊ ex tpe appoſito in aut. vt preponatur. ⁊ ex cōputatione chronicarum.

Ayuntamiento de Madrid

Item dicet aliquis. Tu notas tē
pora conſulatus dn̄i Juſtiniani
imperatoris. Si imperator quō
conſul? Si conſul quomodo im
perator? Reſpondeo ꝙ impera
tor aliquādo aſſumebat ſibi cō-
ſulatum vt quidam extraneus:
⁊ hoc erat quādo ſibi placebat:
vt eſt textus in autenti. de con-
ſulibus. §. fina. ibi: aduenit antē
cum ipſe annuerit. ⁊ not. gloſ. in
proemio ffoꝝ. in fi. gloſ. Iterum
dicet aliquis: tu dicis quod Ro
mana ſanctio fuit triennio con-
ſummata: vt dicto. §. omni. imo
videt ꝙ quinq̄ anni ſunt lapſi:
nam codex primus fuit factus
tertio anno iperij dn̄i Juſtinia-
ni: liber vero ffoꝝ. anno. viij. vt
ſ̄. eſt dictum. Gloſ. aduertēs ad
hec in ſecunda cōſtitutione. C.
§. fi. ſuper verbo optime. dicit ꝙ
aliqui opinant ꝙ duo anni fue-
runt interpoſiti poſt cōpoſitio-
nē primi codicis an̄ incboatio-
nem ffoꝝ. Alij vero opinantur
ꝙ immediate poſt cōpoſitionē
C. fuerit incboata compoſitio
ffoꝝ. ⁊ cum triennio conſumma
ta eſſet: biēnio fuit ſuperſeſſum
an̄q̄ publicaret. Huius rei nō
habetur certitudo. Credo ergo
ꝙ voluminis cauſa magis remo
ta fuit ipſe deus a quo lex ⁊ om-
nis ſcientia vt. ſ̄. dicebatur.

Cā ma
terial
legū.

¶ Sequeretur videre que fuerit
cauſa materialis legalis ſapien
tie. Azo ſuper hoc in ſumma. C.
in principio: multa verba dicit
acriter obſcure loquēs: ad cui9
dicta in hoc oēs refugiunt: vex
quia aliqui mordent dicta Azo
nis: ſi volueritis iſta videre vi-
dete per Bartol. in proemio. ff.
preſertim in lecturis antiquis:
que dicuntur lecture paduane.
Videte etiam Baldum ibidez:
⁊ in. l. j. ff. de iuſti. ⁊ iur. ⁊ per Jo.
fab. in proemio inſtitutionum.
¶ Tertio videndum eſſet que ſit
cauſa formalis librorū iuris ci-
uilis. Doctores conſueuerūt di
cere ꝙ duplex eſt cauſa forma-
lis. nam ex parte tractatus eſt
diuiſio operis in libros: libro-
rum in tit. titulorum in. ll. legū.
in. §. §. §. rum. in verſiculo opus
enim conſtitutionum imperia-
lium: de quibus ſupra dictum
eſt: in duodecim libros digeſtū
eſt et concluſum: vt dicit textus
in. l. ij. in. ij. colum. verſi. omnia.
C. de ve. iur. enu. Horū duode-
cim librorum nouem ſunt inſer-
ti in volumine codicis quē ha-
bemus. tres vero reliqui ſunt
inſerti in libro qui appellatur
volumen.
¶ Conſtat autem totum ius con-
ſtitutionum ⁊ deciſionum impe-
rialium eſſe diſtinctuz in dictos
duodecim lib. in rub. cccxlviij. le ⁊ rub.
ges quatuor milia quingentas ff. vet.
ſexaginta duas. Codex vero quez rub. et
habemus: habet rub. ccccxxxj. le- ll. ifor.
ges vero tria milia ⁊ ſexcentas. rub. et
viij. Illi vero tres libri codicis de ll. ff. no
quibus in volumine: habēt. ccxx- nū. ru.
vij. rub. leges vero nongentas. ⁊. ll. iſt.
liiij. ff. vetus habet rubri. clij. le- auten.
ges vero duo milia nongentas feud.
xxviij. Infortiatum habet rubr. Sum
c. j. leges vero duo milia ducen- ma oīz
tas triginta quatuor. Digeſtum ru. ⁊. ll.
nouum habet rubri. clxxij. leges
vero duo milia nōgentas octo-
ginta tres. Summa rub. ff. cccc-
xxxiiij. leges. ff. octo milia centū
triginta quinq̄. rubri. inſti. xcix.
non computato proemio. ru. au
tenti. xcix. rubri. feudorū. lxxxij.
§. c. feudoꝝ que habētur. cxxxij.
¶ Summa legum. ff. octo milia cē-
tum quinquaginta quinq̄: legū
vero. C. xij. librorū quatuor mi
lia quingentas ſexaginta duas.
¶ Summa omnium legum. ff. C. ⁊
voluminis ponendo quemlibet
titulum inſtitutionum ⁊ auten-
ti. pro vna lege. xiij. milia. xxvij.
et iſtud eſt mare per quod na-
uigas.

Ayuntamiento de Madrid

¶ Cauſa formalis ex parte tractan-
di idem eſt quod modus agen-
di qui multiplex eſt diuiſionis:
ordinis et exemplorum poſitio-
nis: et regularum traditionis: vt
per Azo. loco prealleg.

¶ Quarto loco eſſet videndũ que
ſit cauſa finalis: et ſuper hoc di-
cas: vt per Azonem loco preal-
lega. et docto. in dicto proemio.
ff. veteris.

¶ Quinto loco eſſet vidẽdum cui
parti philoſophie ſupponatur
iuris ſcientia: et dicendum eſt ꝙ
ethice: id ē morali philoſophie.
Tractat enim de moribus: vt di-
cit tex. in. l. j. ff. de iuſti. et iure.

¶ Reliqua conſiderate per vos: et
ſtudio inuigiletis: vt tandẽ con
ſequamini qđ cõmuniter opta-
mus: quod vobis cõcedat altiſ-
ſimus deus. Amen.

¶ Lugduni exactiſſime reimpreſ-
ſum. Cui adiecte ſunt etiã ꝙ plu-
rime nõ ſolum dictiones: verũ
etiam linee: que in ſtudioſorum
gratiam ſuis in locis nuper ap-
poſite et hoc ſigno ☞ pfixe fue-
runt apud Joannem Flaiollet.
Anno ſalutis nr̃e M. D. xxxix.
die vndeuigeſimo Auguſti.

## Regeſtum.

a b c d e f g h i k l m n o p q
r s t v x y z A B.

¶ Omnes ſunt quaterniones.

J. LAMEYER

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

muy noble y muy leal

Z/9

1
6 6
3 0
8

LAMEY

nuel Sanchez

Gut Sanchez

Gallego

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid